Io gli dissi. ueni in eum sermonem, ut dicerem.

Mi è tornato meglio, mi è tornato piu in acconcio d' fatti miei, il far altrimenti. mea ratio est commutata: consilij mutationem ratio rerum mearum postulauit: ut sententiam mutarem, rationes meæ tulerunt.

Ho da riscuoter dinari per uia di cambio. pecunia mihi ex permutatione debetur.

Se io m'inganno. si quid me fallit.

Non son' ancora nel fatto. adhuc absum ab re ipsa.

Ti scriuerò giornalmente tutto il mio uiaggio. faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum, atque itinerum meorum.

Non uoglio aggrauarti, ne darti briga, o impaccio. oneris tibi imponere nihil uolo.

Se per alcun' accidente non potrò uenire à trouarti: si mihi facultatē ad te ueniendi casus aliquis eripuerit.

Gouernare la prouincia. præesse prouinciæ.

Ti contenterò, doue l'honor mio il permetta. ita obsequar tuæ uoluntati, si per dignitatem meam licebit, si feret existimatio mea. cum eo tuæ obsequar uoluntati, ut habeam rationem dignitatis meæ.

Mi piace assai di sodisfare al debito dell'amicitia. faueo mihi in amicitia nostra tuenda: ex officijs in te meis uoluptatem capio.

So in che grado egli è appresso di te. noui locum, quem tenet apud te: noui quo sit apud te loco.

Appresso alcuni principi in ottimo stato sono gli adulatori.

latori. apud quosdam principes optimo loco sunt, qui ad uoluntatem loquuntur.

Non è riputatione. dignitatis non est, dignitatem res non habet.

Questo si confaceua con le tue lettere. hoc erat cum tuis literis consentaneum.

Troppo affretti la partita. nimis decedere festinas.

Piacemi di hauer fatto cosi. hoc ego meo facto delector.

Non posso tenerti dietro nelli studi. persequi te non possum in uia literarum.

Questo è il termine dato dalla legge. hic est dies lege constitutus, dictus, præscriptus.

I cattiui non uorrebbono incontrarsi co' buoni. improbi congressum bonorum fugiunt.

L'auaritia hoggi molto regna. his temporibus late patet auaritia.

Habbiamo dato giusta occasione di ragionar di noi. probabilem sermonis materiem nacti homines sunt: locum sermonis dedimus.

Non resterò mai di amarti. nulla res alienabit à te uoluntatem meam.

Egli tiene ragione hor in questa, hor in quell'altra terra. modo in hoc, modo in illo oppido forum agit.

Leuami parte di questo fastidio. leua me hac molestia: detrahe mihi huius molestiæ partem.

Scriuimi quel che fai. doce me literis, quid agas.

Mentre che la stagione ci serue, mentre che il tempo è à proposito. dum tempus anni est idoneum.

Hai fatto bene i fatti tuoi. negocium tuum bene gessisti.

Tu mi

Tu mi consiglierai. utar tuo consilio, ad te confugiam.

Tutti conosceranno, se io ti amo, o nò. qua in te uoluntate sim, æqui & iniqui intelligent.

Tu hai dato à maligni qualche occasione di pensare che non mi ami. iniquis de tuo in me animo secus existimandi non nihil loci dedisti.

Mosse l'essercito in tempo, che non doueua. alieno tempore castra mouit.

Concedi loro, che possano edificare. permitte eis facultatem ædificandi.

Essendo ritornato di Fräcia. cũ ex Cilicia me recepissem.

Vedi, se hai ragione di lamentarti. cognosce æquitatem expostulationis tuæ.

Essendo uenuti à ritrouarmi. cũ ad me aditũ esset ab ijs.

Che ingiustitia commetto à far cosi? quid habet iniquitatis ita facere?

Il sauio prima che giudichi, s'informa. sapientes, ante quàm rem, causamq; cognoscant, nihil statuunt.

Verrò da te à staffetta, se bene sarò infermo. excurram ad te, uel si minus ero firmus.

La importanza è questa. caput hoc est, summa rei est hæc.

Tu uai cercando la gratia del popolo con troppa diligenza. in colligenda populi uoluntate ambitiosius, quã decet, agis: nimius es in aucupãda populi gratia

Huomo di grãde isperienza. homo in rebus admodũ uersatus, magno rerum usu, rebus agendis exercitatus.

Huomo sauissimo. homo summa prudentia, prudentia excellens, præstanti prudentia.

Niuno è piu di lui gentile, ne piu piaceuole nel conuersare. nemo illo est in consuetudine humanior, nemo in quo plus urbanitatis inuenias.

La uirtù dona grandi honori. magna sunt ornamenta uirtutis.

Honori grandissimi. ea quæ sunt hominum opinionibus amplissima.

Ho hauuto grandissimi gouerni. gessi maxima imperia.

Sei in grandissima riputatione. nihil tibi ad honorem deest.

Sei felicissimo. nihil tibi ad felicitatem deest.

Per mio conto non ti pigliar questo fastidio. nolo te mea causa laborare: quod ad me attinet, libero te ista cura.

Non farai, che io non desideri di farti piacere. non assequeris, ut tua causa minus uelim.

Io t'amo per elettione, perche t'ho conosciuto degno di esser amato. mea in te beneuolentia certo iudicio suscepta est.

Ogni di meno se ne parlerà. quotidie magis refrigerabitur hic sermo.

Tu me ne hai scritto lungamente. multis uerbis ad me scripsisti.

Mi si conuiene risponderti. faciendum mihi puto, ut tibi respondeam.

Non uoglio parlarne. non faciam, ut dicam: tacitum mihi relinquendum est.

Ho parlato di te honoratissimamente. sermonem habui tua summa cum laude.

Farò conoscere la nostra amicitia. minime dubiā nostræ coniunctionis

coniunctionis significationem dabo.

Ho inteso quel che di me hai detto. perlatus est, delatus est ad me tuus de me sermo.

Non poteua far cosa piu bella. nihil à me fieri potuit elegantius.

Vennero à dirmi. detulerunt ad me.

Non posso pagare. soluendo non sum.

Il cauallo non potrà portarti. equus ferendo non erit.

A' posta fatta. consulto, de industria.

Perche ascolti tu costoro? cur ad istorum sermones aures tuæ patent?

Si costuma di far cosi. tralaticium hoc est.

Da questo ho preso sospetto. ex hoc mihi suspicio nata est.

Egli è pazzo. desipiens est, delirat, discessit à mente, desertus est à mente.

Non è da mandare queste ambascierie. remittendæ sunt legationes.

Mosso da compassione adductus misericordia.

Soccorri à queste mie ruine. his me perditum miserijs leua.

Tu dai altrui la colpa del tuo mancamento. quæ tua sunt, alijs attribuis.

Tu non procedi lealmente nella nostra amicitia. rationem inducis in amicitiam nostram minime liberalē.

Tu cerchi d'infamarmi. detrahere studes de mea fama.

Per consiglio tuo il farò. te auctore faciam.

Non sta bene tener questi modi nell'amicitia. non ita gerenda est amicitia.

Riprendere.

Riprendere. obiurgare, accusare.

Questo è per tuo difetto. tua hæc est culpa.

Nella nostra amicitia sarò sempre il medesimo. mea ratio in tota amicitia constans, & grauis reperietur.

Astuto. callidus, uafer.

Auenire. usu uenire, euenire, contingere, obtingere, accidere, casum ita ferre, casu fieri, fortunam ferre.

Vien detto mal di tuo padre, e peggio, che tu non pensaresti. male dicitur patri tuo, grauiusq; quàm opinaris.

Patisco per gli altrui peccati. aliena culpa miser sum.

L'altrui maluagità è stata cagione delle mie disauēture. aliorum improbitate minus felix fui: meam infelicitatem non mea mihi culpa, sed aliorum peperit improbitas.

Tu sei stato cagione, che si dica mal di me. hos tu de me sermones lacessisti.

All'honor di Crasso nuoceua grandemente la fama di esser auarissimo. Crassi existimationem uehementer offendebat auaritiæ grauis infamia.

Fa ti prego, che non si dica mal di me. reprime, si me amas, iniquos de me sermones.

Egli ha di te cattiua opinione. male de te existimat.

Ritornar in amicitia, rappacificarsi con animo poco sincero. non bona fide in amicitiam redire.

Tu dimostri la tua trista fede. indicas, coarguis tuam perfidiam.

Habbiamo diuerso fine. non idem sequimur.

Hai fatte di molte cortesie nella prouincia. late patuit

in pro-

in prouincia liberalitas tua.

Non posso esser molto liberale. angustior sit necesse est liberalitas mea.

Ogni di io diuengo meno liberale per rispetto della qualità de' tempi. de mea prolixa beneficaq; natura li matur aliquid quotidie propter temporum tristitiam.

Vedi, che non mi si allunghi il tempo di questo carico, che sostengo. uide, ne quid mihi ad hoc negocij temporis accedat.

Se mai mi facesti piacere. si quid uuquam mea causa fecisti.

Io mi trouaua col campo nel tenitoro di Milano. castra habebam in agro Mediolanensi.

Vestito alla Spagnuola. ornatu Hispaniensi.

Nel riuederti risanerò. aspectus mihi tuus pristinam ualetudinem restituet.

Egli è uerisimile. uidelicet: rationi consentaneum est: cum ratione consentit: ratio postulat.

Sapendo di non hauerti mai offeso, ti riscrissi con un poco di colera. conscientia meæ constantis erga te uoluntatis, rescripsi tibi subiratus.

Vedrai, che io non hò punto mancato di far uerso di te, quanto per me si poteua. intelliges me in omnibus officijs tuendis ea in te obseruantia, ea constantia fuisse, quæ potest esse maxima.

Render i benefici, ricambiare, rimunerare. parem gratiam referre, par pari referre, remunerari.

Speranza certa. spes minime dubia, & explorata.

Nō perderai l'honor tuo. suū locū tua dignitas obtinebit.

Ti prego per la nostra amicitia. si me diligis, si à me diligi uis.

Rallegrarsi. capere lætitiam, affici lætitia.

Attender la promessa. persoluere promissum.

Hai tosto imparata la philosophia. cito philosophiæ cognitionem consecutus es.

L'affettione, che in molte cose mi dimostri, mi è gratissima. tuis erga me studijs incredibiliter delector.

Egli è nel scriuer molto diligente. multum in scribendo ponit industriæ.

L'ingratitudine è un gran peccato. ingrati animi graue crimen est.

Fornite che siano le facende della state. æstiuis cõfectis.

Dar impaccio. negocium facessere, molestiam exhibere, molestus esse.

Ho inteso. allatum est ad me.

Gran fastidio ne ho preso. grauiter sum commotus.

Recarsi in se stesso, fiso pensare. colligere se, animum intendere.

Vincerai e trionferai de' tuoi nimici. uictor ex inimicorum dolore triumphum ages.

Veggio, che con le tue forze li farai pentire, di quanto hanno operato contra di te. uideo fore tuis neruis, ut eos pœniteat intemperantiæ suæ.

Giuro à Dio, per Dio, se Dio mi salui. testor Deum.

Farò, come se ti fussi padre. parentis officia, partesq; suscipiam.

Farò in seruigio tuo piu, che tu non pensi. uincam meis officijs cogitationes tuas.

Far torto

Far torto. iniuriam facere.

Se uerrà occasione. si tempus accidet.

Commetti grandissimo difetto. summum dedecus admittis, grauissime peccas, maximo te scelere astringis, iniquissime facis.

Ti amo, come debbo. præsto tibi, quam debeo, beneuolentiam.

Serberò di te quella memoria, che debbo. præstabo tibi, quam debeo, memoriam.

Osseruerotti pienamente la promessa. tractabo te præstanti ac singulari fide.

Tu difendi tutti gli amici. omnibus amicis tuis certum præsidium es.

Questo fastidio ti sarà di honore. hæc tibi solicitudo erit amplitudini.

Sforzati, che non mi sia prolungato il tempo. pugna, & enitere, ne quid mihi temporis prorogetur.

E quì, & in ogni luogo ti dimostrerò l'amore, che ti porto. & hic, & ubique meam tibi beneuolentiam præstabo.

Huomo ualoroso, & da facende. uir fortis, & industrius.

Dalla tua amicitia posso riceuere & utile, e piacere. potest esse mihi amicitia tua non solum ampla, uerum etiam iucunda.

Gli studi tuoi ti partoriranno somma lode. tuarum uigiliarum merces erit gloria.

Non uoglio diuenir nimico di un'huomo tanto potente. eius, qui tātū opibus ualet, suscipias inimicitias nolo.

Facultà

Facultà, ſoſtanze, robba. fortunæ, ac rationes.

Niente ti manca: ſei honorato, e potente. omnibus uel ornamentis, uel præſidijs redundas.

Romper la parentela. dirimere coniunctionem.

Far parentela. conciliare coniunctionem.

Non ho hora occaſione di dolermi. alienum tempus eſt expoſtulandi.

Voglio giuſtificarmi. uolo me purgare: cauſam meam tueri: rationem reddere conſilij mei.

A' noi è data la colpa. hæc in nos conferuntur.

I libri miei, oue tengo ragione, il dimoſtrano. teſtes ſunt rationes meæ.

Notar ne' libri. in libris inducere.

Ti hanno detto di gran bugie. quibus te mendacijs onerarunt?

Ho atteſo à queſti ſtudi infin da fanciullo. huic me doctrinæ à pueritia dedi.

Se tu mi hai conoſciuto per huomo, che non ſia pazzo, ne pauroſo. ſi me non minimi hominem conſilij, ſatis magni animi perſpectum habes.

Hauendomi conoſciuto, non doureſti credere, che foſſe in me o inganno, o frode, o uiltà di animo, o coſa men che leale e generoſa. nihil in me non modo inſidioſum, & fallax, ſed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoſcere.

Tu t'imagini, ch'io ſia doppio. aſtutum et occultum me falſo fingis.

Non puo queſto auenire à un ſauio. hoc in ſapientem non cadit.

Apertamente cerchi di nuocermi nell'honore. palam oppugnas existimationem meam.

Tale mi conuien essere. has mihi conuenit partes agere.

Accompagnare. prosequi.

L'huomo astuto ha per fine l'utilità. astuti id est maxime, ad suam utilitatem omnia referre: utilitatem: sequi: unam utilitatem spectare: nihil, nisi sua causa, facere.

Niuna cosa puo essermi piu utile, che la parentela di un tal huomo, che puo in ogni occorrenza honorarmi assai, & aiutarmi. quid commodes meis aptius quàm eius hominis coniunctio, cuius opes mihi omnibus in rebus uel ornamento, uel præsidio esse possunt?

Per i medesimi studi ci amiamo alquanto piu. studiorum similitudine fit, ut quasi quodam uinculo aliquanto arctius in amore astringamur.

La philosophia. literæ interiores.

Ogn'uno ti stima assai per la tua gran dottrina. nemo est, qui te non magni faciat ob literas tuas interiores.

Non ho peccato per uolontà, ma per non saper piu che tanto. non animi uitio, sed per imprudentiam peccaui: non hoc sciens commisi, sed imprudentia lapsus: erroris mei causam non uoluntas, sed imprudentia sustinet.

Fidati di lui à man salua. te illi tuto committe, et crede.

Vorrei uederti honoratissimo. omnibus te rebus ornatum uelim amplissime.

Tu lo

Tu lo difendi molto gagliardamente. ualde pro illo contendis.

Chi è colui, che non sia mai odiato? quis est, quem nulla unquam attingat inuidia?

Parentela. affinitatis coniunctio.

Lascierò ogni pensiero per ubidirti. totum me ab omni alia cogitatione ad tuam uoluntatem nutumq; conuertam.

Huomo riputato. insignis ad laudem uir.

Di lontano io mi rallegro teco in ispirito. complector cogitatione te absentem.

Tu ti stimi piu, che non doueresti. nimium tibi assentaris.

Animo maluagio. praua mens.

Non ho mai peccato in questo. hanc nunquam attigi culpam.

Tu fai rider con la tua sciocchezza. tua stultitia risus excitat.

Nelle tue lettere ho ueduto chiarissimo l'animo tuo. expressam uidi in tuis literis quasi formam ingenij tui.

Tutta la città seguiua Pompeio. omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerant.

Hoggi non si costuma. non horum temporum, non horum hominum, non horum morum negocium est.

Entra in luogo mio, imagina di esser quel ch'io sono. suscipe paulisper meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum.

Tu uedi, ch'io non so che dirmi. uides me hærere: cernis hæsitationem meam.

Non ſo, come fornire il mio ragionamento. quemadmodum exitum expediam huius inſtitutæ orationis, non reperio.

Non uoglio far cattiuo pronoſtico. nolo triſtius quidquã dicere: nolo malis ominibus hanc rem proſequi.

Sento qualche diſpiacere. aliquid me mordet.

Fa tu, ſenza meco conſigliartene: utere conſilio tuo: ad me ne referas.

Coſa di maggior fatica non ho mai fatta. nunquam tractaui rem difficiliorem.

La memoria de' tuoi ricordi mi fa diligente nelli ſtudi. tuorũ præceptorum memoria me ſtimulat, ut caueã, ne ſtudia literarum, uel minimum, intermittam.

Adoperaua ogni ſtudio per eſſaltarti. inſeruiebam honori tuo,

Ho fatto io ſolo ogni coſa. nullum onus officij cuiquam reliquum feci.

Stimo piu le circoſtanze, che l'effetto. hæc mihi ampliora ſunt, quàm illa ipſa, propter quæ hæc elaborantur.

Gli honori non ſempre naſcono dalla uirtù. inſignia uirtutis multi ſine uirtute ſunt aſſecuti.

Io ti amo per affetto cordiale, non per utile. mihi propono fructum amicitiæ ipſam amicitiam.

Non è utilità maggiore. nihil eſt uberius.

Amendue attendiamo alle lettere. literis uterque noſtrum deuinctus eſt: literas uterque colimus.

Se foſſe auenuto. ſi ita fortuna tuliſſet.

Par che l'animo mi dica queſto. neſcio qua moueor animi di-

mi diuinatione.

Tacitus me ſenſus uidetur admonere.

Niuna coſa diminuirà la mia affettione. *nulla re de meo in te ſtudio quidquam detrahetur.*

Quando ſei alla preſenza di tuo padre, ſia piu modeſto: *aduerſus patrem eſto modeſtior.*

Inanzi la ruina, al tempo della noſtra ſalute. *ſaluis rebus: rebus non dum perditis.*

Aiuta la patria, che ruina. *fer opem occidenti patriæ: excipe cadentẽ patriam: opitulare patriæ pereunti.*

Non ſei prattico. *rudis es: ab uſu rerum imperitus.*

Ricordomi gli ammaeſtramenti, che mi hai dati. *non me fugiunt tua præcepta.*

Si fa gran guerra in Italia. *ardet Italia bello.*

Città ſenza gouerno, e ſenza giuſtitia. *urbs ſine legibus, ſine iudicijs, ſine iure, ſine fide.*

Troppo ti ſtimi. *nimium tibi tribuis, nimium tibi arrogas, nimium tibi aſſumis.*

Io non mi conoſco buono à darti conſiglio. *non eum me eſſe intelligo, unde capere conſilium poſſis: tantum eſſe in me conſilij non ſentio, ut ſuadere tibi aliquid debeam.*

Cerco l'util mio. *meam rem ago: rem meam curo: quod mihi expediat, conducat, proſit, utile ſit, id laboro: quod è re mea eſt, quod in rem eſt meam, quæro.*

L'intereſſe è commune tra noi: *mea cauſa coniuncta eſt cum tua.*

Veggio che tu diſegni di ritirarti in luogo ſolitario, e quieto. *uideo te ſolitudinem, & ocium ſpectare.*

Farai cosa grata à Cesare. gratiam inibis à Cæsare.

A tale si ridusse, che non haueua da uiuere. in eum locum deductus est, eò deuenit, eò redactus est miseriarum, in eas coniectus est angustias, ut, unde uiueret, non haberet.

Come passeranno le cose, doue io non mi ui ritruoui? qui cursus rerum erit me absente?

I modi, che tu tieni, non mi piacciono: tua mihi ratio non probatur.

Resta à considerare intorno al modo, che si ha da prendere. reliqua uidetur esse deliberatio, quod consilium sequamur.

Io non so prender partito. difficilis deliberatio est: lubricus locus ad deliberandum: impedita deliberandi ratio.

Ho trouato un duro intoppo. incurri in magnam difficultatem.

Non ho ancor deliberato, quel ch'io debba farmi. nondum habeo statutum, nondum constitui, nondum mihi deliberatum est, certam rationem nondum iniui, nondum cepi consilium, nondum habeo deliberatum, quid mihi agendum putem.

Habbiamo una medesima opinione. coniunctum est meũ consilium cum tuo: idem sentimus: opiniones non discrepant: à tuo iudicio mea sententia nõ abhorret: idem utrique nostrum placet.

Non pigliar il disagio del camino. supersedeas labore itineris.

Sento un'estremo affanno. dolore angor: angor intimis

mis ſenſibus: uehemēter ſum ſolicitus: dolorem ſuſti neo, quantũ ferre uix poſſum, uel plane non poſſum.

Mi dolgo, quanto ogni altro, della ruina della patria. nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peſte patriæ moleſtiam traxerit.

Niuno piu di me ti ama. nemini in te amando concedo: nemini concedo, qui te diligat magis.

Ho antiueduto la tua ſciagura. iſtam ego, tanquam ex aliqua ſpecula, calamitatem proſpexi, prouidi, animo præcepi, conſilio præripui.

Piaceſſe à Dio, che tu haueſſi ubidito il tuo maeſtro. utinam præceptori tuo, rectiſſime monenti, paruiſſes: utinam præceptoris auctoritatem & conſilium ſecu tus eſſes.

Io ſon à miglior termine di te. melior eſt mea, quàm tua, conditio.

Infin da fanciullo. ab initio ætatis: à primis temporibus ætatis: à puero: à primapueritia: à primis annis: iam inde à puero: à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis.

Io mi ricordo. memoria teneo: hæret in memoria: non excidit ex memoria, ex animo: memoria tueor, cuſtodio.

Gli antichi hanno ſcritto belliſſime coſe della uirtù. præ clara ſunt à ueteribus ad bene uiuendum tradita, pro dita, memoriæ mandata, monimentis conſignata literarum, tradita literis, prodita literis, mandata literis, conſignata literis, commendata literis.

Ne' tempi proſperi. optimis rebus: in ſecunda fortuna:

iucundissimis temporibus : cum res ad uoluntatem fluerent: cum aduersi nihil esset.

Son infelice. iniquissime fortuna meum agit : pessime mecum agitur : opprimor miserijs : habeo nihil, in quo acquiescam : perditæ sunt res meæ : miris modis me fortuna uexat.

Figliuol mio, le lettere sempre di utile, sempre di piacere ti saranno. mi fili, semper usui, semper delectationi literæ tibi erunt.

Tu sei arrogante: facis insolenter.

Essendo tu sauio e per natura, e per dottrina, non uoglio darti ricordi. nihil faciam insolenter, neque te, tali uel scientia, uel natura præditum, monebo: facerem insolenter, si te, tali uel doctrina, uel natura instructum, admonerem.

Non attender à cose uane. ne leuioribus rebus tuum studium des : ne tuum studium ad inanes res conferas: ne complectaris inania.

Lasciar il dolore. animum à solicitudine abducere : dolorem deponere : dolori finem facere : dolori terminum statuere.

Le lettere. artes ingenuæ, liberales, bonæ, optimæ, honestæ, libero dignæ, præclaræ, laudandæ : disciplinæ, doctrinæ, literæ, studia.

La memoria della mia passata uita mi consola. in anteactæ uitæ memoria conquiesco : sustentor anteactæ uitæ memoria : nitor conscientia præteritæ uitæ.

Sento, che ogni di piu eloquente diuengo : ita uersor in eloquentiæ studio, ut excellere me sentiam.

Non ho

Non ho questo per uero. hoc non agnosco.

Lettere di un tenore. literæ uno exemplo, in eandem sententiam scriptæ.

Tu componi molto bene. subtiliter, & eleganter scribere.

Tu componi assai meglio di me. facile cedo tuorum scriptorum subtilitati, & elegantiæ.

La guerra del Turco ha distrutta tutta l'Vngheria. apud Hunnos Turcico bello perculsa, & prostrata iacent omnia.

La fortuna distruggerà à qualche tempo le maggior cittá. ui fortunæ aliquando perculsæ, & prostratæ iacebunt amplissimæ urbes: erit aliquando, cum urbes amplissimæ iaceant, perculsæ ui fortunæ, atque prostratæ.

Hora, la Iddio mercè, io mi truouo senza fastidio. quod Deo sit gratia, uacuus molestijs nunc quidem sum: Dei benignitate factum est, ut nunc quidem omni molestia uacem.

Quando è la guerra ciuile, non si osserua la giustitia. cum de iure publico disceptatur armis, nihil est legibus loci.

Tu non attendi punto alla riputatione: nihil agis cum dignitate.

Tu sei troppo strano, e troppo fastidioso nel conuersare. nimium acerbus es, nimium in consuetudine difficilis.

Il senato s'inginocchiò à' piedi di Cesare, si gittò à' piedi di Cesare. senatus se ad Cæsaris pedes abiecit:

ad Cæsarem

ad Cæsarem supplex accessit.

Quando uederò io mai alcun segno di libertà in quella città, doue già l'arti liberali furono tanto honorate? an illucescet aliquando ille dies, cum in ea ciuitate, in qua liberales olim disciplinæ floruerunt, speciem aliquam libertatis agnoscam?

Sotto questo pontefice, à Dio piacendo, rinascerà la gloria delle lettere, ch'erano distrutte. hoc Pontifice, quæ extincta erat, approbante Deo literarum gloria reuiuiscet.

Se io fossi nel tuo grado, mi gouernarei in altro modo. si isto loco essem, aliam rationem tenerem, aliud consilium sequerer.

Le tue parole mi fanno mutar pensiero. frangit meum consilium oratio tua.

Farò quanto uorrai. seruiam tuæ uoluntati: obsequar animo tuo.

Bella cosa è, attendere all'honore. seruire laudi præclarum est.

La maluagità de' tempi. temporum uitia: prauitas temporum: iniquitas temporum: iniqua temporũ conditio: perdita tempora, miserrima, miseriarum plenissima, miserijs referta, tristissima, durissima, aduersa bonis artibus, inimica uirtuti, cum uirtute pugnantia, iniquissima, odiosa bonis, infesta bonis, infensa bonis.

Io studio ogni di piu. studium quotidie magis ingrauescit.

Le occupationi non mi lasciano studiare. abducunt me à

ſtudio negocia: auocant me: abſtrahunt me: abripiunt me.

Mi *honora molto. ſumma me obſeruantia colit.*

Q*ueſto è il mio parere. in hac ſum ſententia.*

Io *miro all'util tuo piu che al deſiderio mio. conſulo tibi, uoluntatis meæ rationem non habeo: de re tua potius, quàm de uoluntate mea, laboro.*

Ho *hauuto auiſo. mihi renunciatum eſt.*

Ne *ho riceuuto, come doueua, diſpiacere. pro eo ac debui, grauiter moleſteq; tuli.*

Ce*rtamente. ſanequam, ſane, uere, certe, certo, profecto, ſine dubio, quidem, omnino, plane.*

La *riputatione. exiſtimatio, dignitas, honeſtas, honor, optima fama.*

Non *ſentono gl'infortuni coloro, che ui ſono uſati. aduerſas res, quorum occalluit animus, quorum animo callum obduxit diuturna conſuetudo, minime ſentiunt.*

Mi *dolgo in cambio tuo. tuam uicem doleo.*

È *da deſiderare, il morire in uecchiezza. optabile eſt, affecta ætate diem obire ultimum, ſuum obire diem, uitam cum morte commutare, è uita diſcedere, uita excedere, migrare è uita, huius lucis uſuram amittere, obire, occidere, interire, perire, mori, uitam finire, mortem oppetere.*

V*iuere. uitam agere: uitam traducere.*

Q*ueſto muro ſi fende. hic paries uitium facit: rimam ducit: rimam agit: labem facit: labefactatur.*

V*edeſi ogni coſa ruinata. proſtrata & diruta ante oculos iacent*

los iacent omnia.

Vorrei, che tu ti moderassi. uelim te cohibeas: uelim te colligas: uelim te ad modum reuoces: ad rectam rationem reducas: intra rationis girum reuoces, traducas.

Cosi pensando ti consolarai grandemente. hæc te non me diocriter cogitatio confirmabit.

Molto. ualde, maxime, magnopere, maximopere, uehementer, admodum, etiam atque etiam, non mediocriter, non parum, in primis, præcipue.

Pensa à questo. hoc tibi ante oculos propone, pone, statue, constitue: ad animum refer: huc mentē intende.

Ho perduto di molta robba. de re mea diminutio magna facta est: magnam rei familiaris iacturam feci: graue damnum tuli: magna detrimenta sum passus.

Questo non si conuiene al tuo grado: hoc tuam personam minime decet, indignum est tua persona.

Nobile. primarius: honestus: honesto loco natus: optimæ inter suos ciues conditionis: honoratus.

Egli ha hauuto ciò che si puo desiderare. bonis omnibus perfunctus est: nihil non optabile est consecutus: ad felicitatem nihil ei defuit.

Egli è dotto in medicina. medicinæ scientiam tenet: medicinam callet: medicinam nouit: medicinæ scientiam est assecutus: medicinæ scientia excellit, præstat, floret, ualet: medicinæ sciens est, peritus, intelligens.

Il tempo diminuisce il dolore. dolorem minuit ac mollit dies, temporis longinquitas, uetustas: quæ nobis à for-

à fortuna infliguntur uulnera, sanantur uetustate.

Fa da te stesso quel che ad ogni modo ha da essere. quæ futura omnino res est, ei rei occurre sapientia tua, eam rem consilio præripe, eam rem ipse anticipes.

Per l'amor ch'io ti porto. qui meus est in te amor.

Fammi questa gratia. hoc mihi da, largire, tribue, concede, permitte.

Bisogna hauer riguardo à questo. huic seruiendũ est rei.

Siamo uenuti à tale. in eam fortunam deuenimus.

Io son di miglior animo, che non mostro in uiso. tranquilliore animo sum, quàm uultus indicat, præsefert, ostendit.

Non mi dar cagione di mutarmi di animo. ne committe, ut, qui sum, is esse desinam: uide, ne susceptam in te beneuolentiam deponam.

Tu piangi le sciagure della republica. luges reipublicæ tempora.

Il mio dolore è scemato in parte. aliquantum cœpi acquiescere: doloris diminutio quædam facta est: leuatus est meus aliqua ex parte luctus.

Io mi dolgo del tuo dolore. doleo dolorem tuum: dolore tuo mæreo: socius ægritudinis tuæ sum: particeps sum mæroris tui.

Sostengo intolerabil dolore. opprimor, & uix resisto dolori.

Ho perduto ciò, ch'io haueua. omnes & industriæ, & fortunæ fructus perdidi.

Non ho niun aiuto. quò confugiam, nihil habeo: omnia me deficiunt: erepta mihi sunt omnia: mihi omnia pe-

nia perierunt.

Ho fatto quel che non uoleua. fregi me: uici animum: contudi animum, & uici.

Non so, come consolarmi. non uideo, qua me ratione sustentem: nulla ratio est, quò confugiam, ubi conquiescam, ubi curas doloresq; deponam: leuatio mihi afferri nulla potest.

Il dolore si rinuoua. recrudescit uulnus.

Vi è da pensar assai. magnæ deliberationis res est.

Tuo padre si porto molto honoratamente in tutti i magistrati, ch'egli hebbe. pater tuus, quos accepit magistratus, omnes magnificentissime atq; optime gessit.

Ogni sperãza ne ho perduta. spem omnẽ prorsus abieci.

Non desidero piu gli honori. omnem abieci cupiditatem honorum.

Mal uolontieri cominciai la guerra. inuitus initia belli suscepi.

Attendi a fornire la guerra. extrema belli persequere.

Non uoglio darmi in mano di un mio nimico. hosti me nõ credam: non faciam, ut hosti me credam.

Il signore. is, penes quem est potestas: penes quem omnia sunt: qui dominatur: cuius in manu sunt omnia: qui tenet omnia: qui rem tenet publicã: qui arbitratu suo cuncta moderatur, & regit: cuius ita potestas patet, ut omnia complectatur: cuius dominatu nihil uacat.

Fuori della patria. in externis, atque alienis locis.

La tua robba è mandata a male. fortunæ tuæ dissipantur: res familiaris tua dissipatur, disperditur, accipit iniuriam: impetus in tuas fortunas fiunt.

Non ho modo di potergli parlare. ius adeundi ad eum non habeo.

Non mi chiamano à dar loro aiuto. non adhibent me.

Non ho chi preghi per me. egeo deprecatore.

Ho perduto l'animo per tante auersità. tot me mala fregerũt: fregit me uis calamitatum: uictus sum malis.

Accommodarsi alla qualità de' tempi, è cosa da sauio. sapientis est, tempori cedere, parere necessitati, seruire temporibus, consulere temporibus.

Cesare amaua i buoni ingegni. Cæsar fauebat ingenijs.

Farò l'ufficio dell'amico. satis nostræ coniunctioni, amoriq; faciam.

Quanto mi sarà lecito. quantum mihi res concedet.

Mi da fastidio il uedere: non mi curo di quel ch'io odo. Moueor oculorum sensu: quæ auribus percipio, de ijs minus laboro.

Questo difetto non ci è. non habet id uitij res.

Per quanto si uede. ut nunc quidem est: ut res habet: quo modo quidem se res habet: ut res indicat.

Egli è fatto signore. omnia delata ad unum sunt.

In ogni cosa ti ubidirò, seguirò il tuo cõsiglio, farò à modo tuo. omnia geram ex auctoritate tua: nihil agam sine consilio tuo: quidquid agam, te auctore agam: nihil non agam consilio tuo: nihil statuam, nisi te consulto.

Huomo sfrenato. ferox & impotens, modum ignorans.

Non stimo la robba. opes in minimis pono: postremæ omnium rerũ mihi opes sunt: minimi opes reputo, minimi duco, minimi pendo, minimi puto, minimi facio,

cio, minimi æstimo, flocci facio, flocci nõ facio: (idem enim significatur, siue adsit, siue absit particula non) minimi sunt apud me opes: nullo apud me opes loco sunt: minimi ponderis apud me sunt opes: parui momenti sunt opes apud me: postremum apud me locum opes tenent: de opibus minimum laboro.

Conseruerò il grado mio. tenebo statum meũ: locum meũ tuebor: dignitatis famam seruabo.

La somma è. caput illud est.

Tu commetti ogni scelerità senza uerun rispetto. nulla tibi est ad facinus uerecundia. nullum tibi peccãdi modum uerecundia statuit: peccas abiecta prorsus uerecundia: peccas sine modo.

Attendi à saluarti. consule incolumitati.

Vedi di conseruare la tua robba. consule fortunis tuis.

Non ho potuto far, che non ti scriua. non potui nihil ad te literarum dare: omnino mihi faciẽdum putaui, ut ad te scriberem.

Alcuna uolta dubito un poco. interdũ mihi uenit in mentem subuereri.

Questo importa per ogni rispetto. hoc in omnes partes ualet.

Desidero la tua saluezza. faueo saluti tuæ.

Ti farò conoscer con gli effetti. re tibi præstabo.

Farò per lui ciò ch'io potrò. tribuam ei, quæ potero, officia.

Assai trista nouella mi hai data. non iucũdissimum nuncium attulisti.

Partire. digredi, abire, discedere, proficisci.

Fornire

Fornire l'ufficio di render ragione. iurisdictionem absoluere, conficere.

Fu ferito. percussus est: uulnus accepit: plagam accepit: uulnus tulit.

Subitamente, incontanente, senza indugio, subito, immantinente. confestim, è uestigio, quamprimum, statim, sine mora, nulla facta mora, nulla interposita mora, ilico.

Nel far del giorno. prima luce: summo mane: diluculo: primo mane: cum lucesceret: albescente die: in ortu solis: oriente sole.

Egli è ito in angoscia. animus eum reliquit, destituit, defecit: deliquium animi passus est: defecit: intermortuus est.

E' stato amazzato. morte affectus est: mors ei est allata: uis illata: cæsus, occisus, interfectus, uita priuatus, trucidatus, obtruncatus.

Vilissimo huomo. teterrimus, obscurus, infimæ conditionis, nullius loci, postremi ordinis, contemptissimus, postremus.

Io gli feci fare assai honorate essequie. funus ei satis amplum faciendum curaui.

Robba. res familiaris, res domestica, opes, fortunæ, copiæ, diuitiæ.

Se io hauerò il modo. si mihi erit copia: si facultatem habebo: si erit, ut possim.

Io penso di fargli un'honorato diposito. præclarum ei monimentum facere in animo habeo.

Io ti ueggio in poca riputatione. uideo te abiectum: ui-

deo te iacere.

Nelle mie sciagure adopero gli amici. aliorum opibus casus meos sustento.

Non ho patito molto nella guerra. nulla me in bello perculit insignis iniuria.

Sento estremo affanno. conficior curis.

Ho perduta la robba. naufragium feci rei familiaris.

Ho liberata dalla ruina la patria. patriæ incendium extinxi: patriam seruaui: ab exitio patriam uindicaui.

Egli è honoratissimo: gratia, auctoritate, gloria floret.

Viuo mal contento, pieno di malinconia: ipse mihi displiceo: ipse mihi odio sum: uitam mihi acerbã puto.

Son assuefatto à tal sorte di uita. ei me uitæ generi & natura, & uoluntas, & consuetudo assuefecit.

Ti consolerò: adducam te à molestijs: leuabo tuum luctum: liberabo te dolore: medebor dolori tuo: solatium afferam.

Tu poi far questo meglio di ogn'uno. hæc in te facultas summa est.

Non ho modo di consolarti. tui consolandi facultas in me non est.

Bisogna esser dotto: exquisita quædam ratio, & doctrina requiritur.

Infin da giouine tu fosti dotto nelle lettere humane. à pueritia floruisti artibus ijs, quæ ab humanitate nomen acceperunt.

Considera quel che si conuenga ad un pari tuo, al tuo ualore, à' tuoi studi, alla tua passata uiea. quid sit forti, & sapienti homine dignum, quid grauitas,

quid

quid altitudo animi, quid acta tua uita, quid studia, quid artes, quibus à pueritia floruisti, à te postulent, tu uidebis.

Ho gran uolontà di far teco parentela. ualde ad conciliandam tecũ affinitatẽ propensus est animus meus.

Hebbi da lui strana risposta. triste responsum tuli.

Non uorrei, che la tua troppo modesta natura fosse cagione, che tu ti rimanessi di conuersar con lui. nollem, tuus tibi pudor eius consuetudinem clauderet.

A poco à poco mi farò suo familiare. insinuabo in illius familiaritatem.

Cercherò tutti i modi, co' quali penserò di poter dar effetto al desiderio mio. omnes uias persequar, quibus putabo me ad id, quod uolo, peruenire posse. inibo rationes omnes, ut uoti compos fiam.

Vsa la mia robba ne piu ne meno, che s'ella fosse tua. nihil in re familiari mea est, quod ego malim meum esse, quàm tuum.

Hai composto di bellissimi libri. præclara sunt, quæ ingenio studioq; peperisti.

Se in cotesto tuo cosi reo stato anderai ricordandoti quel che è auenuto in ogni tempo à' pari tuoi; grande conforto ne riceuerai. si, quæ tui similibus uiris in omni ætate acciderint, isto tuo tristissimo tempore colliges: ualde te iuuari senties.

Non ci è piu liberalità al mondo. ne uestigium quidem illum est reliquum nobis liberalitatis.

La cosa ua bene: possiamo contentarci: agitur præclare.

Grandissimi infortuni si aspettano. grauissima impendent mala.

Si uede, che seguirà uccisione. cædem res ostentat.

Ho preso questo partito per necessità. hoc cepi consilium necessitate coactus. in hoc me consilium necessitas impulit, detrusit, egit.

Per mia sicurezza attendo à farmi de gli amici. munio me amicis.

Niun male puo auenire à chi cõ puro cuore ama Iddio. qui uere & ex animo Deum diligunt, ij periculorum omnium sunt expertes.

Perche ti lamenti di cosa, che auiene à tutti? cur propriam fortunam postulas? cur fortunam communem recusas? cur præcipua conditione esse uis?

Io ti prego, per quanto ti è caro, che noi siamo ritornati in gratia. rogo te pro reconciliata nostra gratia: rogo te pro eo quanti nostram gratiæ reconciliationem facis.

Per una parola non si deuea cercare di ruinarlo. ob dictum oppugnandus capite ac fortunis non fuit.

Truouomi in estrema doglia. in luctu & squalore sum.

In cosa niuna imitiamo i nostri maggiori. nihil administramus more maiorum.

Non si hauerà riguardo alla tua uecchiezza. parum te defendet senectus.

Gli è stato hauuto rispetto, per esser di casa honorata. subleuauit eum familiæ dignitas.

Non cesserò mai di amar la republica. à rep. me nihil abducet.

I cattiui uffici de' tuoi parenti hanno guasta la nostra amicitia. amicitiam nostram tuorum iniquitas, tuorum artes labefactarunt.

Se farai à modo mio, in questa tanto importante e tanto honorata impresa saremo sempre concordi compagni. si me audies, nostram inter nos tanti & tam praeclari muneris societatem nulla res dirimet.

Tu mi hai fatto notabilissimi fauori. ornatus sum à te rebus amplissimis, atque honorificentissimis.

Se io potrò in alcuna parte dimostrarmiti grato. si quã tibi uoluntatis mutuæ partem tribuere potero.

Ogn'uno ne rise alquanto. mediocris quidam est omnium risus consecutus.

Vorrei esser lodato da te: testimonium aliquod tuæ uocis habere uelim: uelim à te laudibus ornari: laudem mihi uelim abs te tribui.

Deueno i fratelli amarsi l'un l'altro. parem inter fratres uoluntatem accipi, & reddi, ius est.

Mi tornaua bene: tornauami in concio à' fatti miei. meæ rationes ita tulerunt.

Ogni di maggiormente mi contento di hauer hauuto quella opinione. eius mei consilij maiorem in dies capio uoluptatem.

Io ne ho riceuuto questo utile. hunc cepi fructum.

Tu hai parlato di me con poco riguardo dell'honor mio. contumeliosa fuit in me oratio tua.

Tu non mi ami, come io te. mutuo mihi non respondet animus tuus.

Tu non sai quel che io ho fatto per te. meis in te meri-

tis non rispondes.

Io ti amo grandemente. tam tibi sum amicus, quàm qui maxime: nemo me in te amando uincit.

Molto mi piace, che cotanto tu ami tuo fratello. fraterna ista tua, humanitatis ac pietatis plena uoluntas admodum mihi probatur.

Egli si apparecchia con tutti i modi, che puo, alla ruina mia. omnem suum in perniciem meam conatum parat.

Fa ufficio con lui, che si rimuoua da cosi fatto pensiero. age cum illo, ut ab illa mente desistat.

Non è più in mia potestà di farlo. mihi non est integrũ.

Non deue il giudice punire alcuno senza udir le sue difese. iudex animaduertere in quenquam indicta causa non debet.

Non è da lasciarlo parlare. dicendi potestas ei facienda non est: priuari eum sermonis habendi potestate oportet.

Bisogna punire i cattiui. animaduertendum est in homines nocẽtes: iusta est in homines improbos animaduersio: animaduersione uti aduersus improbos oportet: improbi afficiendi sunt pœna: sumendũ est de improbis supplicium: capere pœnas de improbis æquũ est: luant improbi pœnas factis dignas: debitum supplicium nefarij homines persoluant: digna eorum factis animaduersione improbi plectantur.

Muouer guerra. bellum conflare, concitare, suscitare, excitare.

Conoscerai di hauer à fare con uno, che non ha temen-

za. senties tibi cum minime timido rem esse.

Non hebbe maggior pensiero, che di ruinarmi comunque potesse. nihil ei deliberatius fuit, quàm me, quacunque ratione posset, euertere.

Ogni tre parole mi nominaua. tertio quoque uerbo me appellabat.

Con forza, e con empito cercò di ruinarmi. ui me atque impressione conatus est euertere.

Non mi ha detto parola di questa sua intentione. nihil impertiuit mihi sui consilij.

Tu sei stato offeso grauemente, e pare che tu non te ne curi. acerbissimam iniuriam cum acceperis, remisso tamen animo uideris esse, ac dissoluto.

Quanto posso. pro mea parte: pro mea uirili parte: pro uirili: pro uiribus: cunctis uiribus: omnibus neruis: toto pectore: omni meo studio: quantū est in me: quantum est in me positum, in me situm: quantum quidem præstare possum: quoad possum: quantum ualeo: quantum consequi uiribus possum.

Tu mi sei mancato. desertus sum ab officijs tuis: officia tua desidero, requiro.

Io'l prouo in me stesso. meus me sensus admonet.

Io meritaua di essere aiutato da te. utendum mihi fuit auxilio tuo.

Considera bene, se io ho ragione di dolermi. æquum te iudicem dolori meo præbe.

Troppo mi offendi, e troppo à torto. acerbe, crudeliter, sine causa abs te oppugnor.

Io mi scordo dell'ingiurie passate per i beneficij che ho-

ra mi fai. tuæ ueteres in me iniuriæ nouis officijs leniuntur.

Non mi prometto meno di te, che di mio fratello, in ogni occorrenza. non minus auxilij, ac præsidij in te, quàm in meo fratre, mihi constituo.

Ho fatto pace co' miei nimici, per amor della republica. meas inimicitias reip. donaui: uici odium & iracundiam reip. causa: cum inimicis rediui in gratiam, reconciliatus sum reip. causa.

Tu uorrai studiar, che non potrai. tempus colendæ uirtutis aliquando frustra reuocabis.

Ti prometto di douer far ciò che uorrai. omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo.

Non è piu tra noi quell'amore, che soleua. aliquid est de nostra beneuolentia detractum: aliquid est de nostra coniunctione imminutum.

Tu sai, quel ch'io ho fatto per lui. meorum in illum studiorum, atque officiorum conscius es.

Ho fatto per te quanto ho potuto. omnia sunt à me in te profecta.

Intendo che dici di me alcune cose enormi. nefaria quædam abs te audio in me conferri.

Contra di me hai operato non so che. abs te quiddam est in me profectum.

Quanto io uerso di te habbi operato, ne son consapeuole à me stesso. meus in te animus quàm singulari officio fuerit, testis ipse mihi sum, testem habeo conscientiam meam.

Non uoglio affaticarmi indarno. non faciam, ut operam

ram profundam, ac perdam.

Ho durato gran fatica. plurimum habui negocij.

La cosa è rimessa à Gennaio. in Ianuariũ reiecta res est.

Ogn'uno conosce, che Antonio mi è mancato. Antonij erga me officia omnes desiderant.

Camillo liberò Roma dall'assedio de' Francesi. Camillus urbem obsidione Gallorum exemit.

Hanno perduta la gran speranza, che haueuano. ex magna spe deturbati iacent.

Vederanno tutti quanto mi sia à cuore l'honor tuo. studium meum dignitatis tuæ uel tuendæ, uel etiam augendæ summum omnes intelligent.

Grandissima lode con le opere tue ti hai acquistato. non mediocrem tibi laudem, aut obscuram, aut eiusmodi, quæ silentio possit præteriri, tua tibi facta pepererunt.

Ho preso à difenderti del continouo in qualunque cosa può esser di giouamento all'honor tuo. suscepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Ho fatto pienamente quel che la nostra antica amicitia richiedeua. debitum ueteri nostræ necessitudini officium cumulare reddidi.

Ho conteso piu che mai facessi per tua cagione con coloro, che diceuano mal di te. cum tuis obtrectatoribus tua causa contentione tanta decertaui, quanta nunquam antea.

Certi maligni, pieni d'inuidia, fanno ufficio contra di te in ogni occasione. quædam pestes hominum, laude aliena

aliena dolentes, omnibus te locis oppugnant.

Non mancherò mai di honorarti e con l'animo, e con gli effetti. nunquam mihi tui aut colendi, aut ornandi uoluntas deerit.

Nella tua prospera fortuna. florentissimis rebus tuis.

Donna nobilissima, e ualorosissima. primaria fœmina, omniumq; præstantissima.

Niuna cosa fanno senza me. meis consilijs, monitis, studijs, actionibusq; nituntur.

In ogni tuo affare promettiti di me piu che di ogn'uno. nihil tibi erit tam promptum, aut tam paratum, quàm in omnibus rebus, quæ ad uoluntatẽ, ad commodum, ad amplitudinem tuam pertineant, opera, cura, diligentia mea: profiteor tibi, atque polliceor eximium & singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatẽ tuam, ad gloriam, ad rem tuam spectet: nulla tibi in re neque studium, neque beneuolentia mea deerit.

Cercherò la tua grandezza con ogni diligenza. tuam amplitudinem studiosissime complectar.

Desiderai sempre di farmiti amico quanto potessi il piu. spectaui semper, ut tibi possem quammaxime esse coniunctus.

Infin da quel tempo, che cominciai hauer uffici publici. ut primum remp. attigi.

Essendo false le cose, che à te, & à me ci sono state dette da chi poco ci ama, uoglio, che noi ce le dimentichiamo affatto. quæ ad utrunque nostrum ab iniquis nostris delata sunt, ea cum falsa inaniaq; sint,

euellantur

euellantur penitus ex omni memoria, uitaq; nostra.

Huomini da poco. pusilli homines.

Prenderò la difesa tua in ogni cosa. te totum suscipiam: omnia pro commodis atque ornamentis tuis onera ac munera tuebor, & sustinebo: defendam te in omnes partes.

Tu sai, che non mãca mai chi mi fa contrasto. scis meam fortunam facile obtrectatores inuenire.

Per amor tuo resterò di punirlo. animaduersionem, & supplicium, quo usurus eram in eum, remitto tibi, & condono.

Se io fossi sfacciato come tu. si tuum os haberem.

Io ho una disgratia particolare. longe alia conditione sum, ac ceteri: singulari sum fato: præcipua mea fortuna est.

Il freddo mi cacciò di la. inde me frigus detrusit, eiecit.

Niuno ufficio per tuo amore ricuserò. uelim ita existimes, nullam esse rem neque tam magnam, neque tam paruam, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna uideatur: omnia, quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa, & honesta uidebuntur.

Vna certa mia uergogna, poco conueneuole à galant'huomo, mi ha ritenuto. deterruit me pudor quidam, meus pene subrusticus.

Desidero grandemente. ardeo cupiditate incredibili: cupiditate flagro: studio sum incensus: amore flagro: incredibili teneor cupiditate: uehementi quadam

cupiditate

cupiditate rapior : alacris animo ſum .

Vorrei , che tu ſcriueſſi delle coſe mie . uelim à te noſtro rum temporum conſilia atque euentus literis mandari : uelim res noſtras monimentis commendari tuis : noſtrum nomen tuis illuſtrari et celebrari ſcriptis ualde uelim : uelim tuis ornari ſcriptis : gloriæ ſempiternæ commendari per te cupio .

Son occupatiſſimo . grauiſſimis rerum ſuſceptarum oneribus premor.

Se à queſto con tutto l'animo penſerai. ſi hac in re mens tua tota uerſabitur.

Antiueggo . cerno , cerno animo, proſpicio , tanquam ex aliqua ſpecula proſpicio.

Tu ſei sfacciato.tranſis uerecundiæ fines.

Il giudice non deue mouerſi à paſſione . iudex affici gratia non debet .

Io ti amo grandemente : ma non uoglio per te dir bugie. amori erga te meo multum, plus tamen, quàm ueritati, non largiar: amori in te meo plus, quàm concedit ueritas, non dabo.

Conuienſi à te, piu che ad altri, il trattar queſta materia. materies digna eſt facultate, & copia tua.

Tradimenti, inganno, frode. perfidia, inſidiæ, proditio.

Vari auenimenti. ancipites, uariję; caſus : euenta uaria: temporum uarietates, uiciſſitudinesę; fortunæ.

Tuo padre molto honoratamente mori . pater tuus exitu notabili uitam concluſit.

Si riceue un'infinito piacere. expletur animus uoluptate: animus uoluptate perfunditur.

Separare.

Separare. seiungere, secernere, separare.

Piu caro mi sarà. mihi erit optatius.

Cerco di farmelo amico. aucupor eius gratiã: do operam, ut eius colligam gratiam.

A questo modo sarai tenuto ingenioso. ingenij gloriam consequeris.

Non è da stimar meno Agesilao, che Epaminonda. non minus perhibendus est Agesilaus, quàm Epaminondas.

Huomo riputato, e molto prattico ne' fatti della republica, e conosciuto per bono. uir clarissimus, spectatissimus, & in reip. maximis grauissimisq; causis cognitus, atque in primis probatus.

Maggior allegrezza riceuerò. præstantius mihi fuerit ad animi lætitiam.

Piu giouerà alla memoria del mio nome. ad memoriæ dignitatem erit præstantius.

Rallegromi assai di esser lodato da persona, à cui si crede. laudem mihi, & cum laude testimonium uiri grauis impertiri, ualde lætor: præconium mihi, atque adeo testimonium tribui ab eo, cuius oratio pondus habet, summe gaudeo.

Prolungare. producere, proferre, differre, differre in aliud tempus.

Fornire, finire, condurre à fine, recar à fine, dar compimento, metter fine. conficere, perficere, ad exitum perducere, perpolire.

Huomo forte. contra fortunam paratus, atque armatus: res humanas præclare contemnens.

In me stesso solamente io mi confido. nõ aliunde pendeo,

nec extrinsecus aut bene aut male uiuendi suspensas habeo rationes.

Ho questo fermo pensiero. hæc mihi cogitatio penitus insedit.

Ogni cosa è distrutta. quid est non ita affectum, ut id nõ deletum extinctumq; omne esse fateare?

Se tu miri la republica, tutta la uederai in pessimo stato. circunspice omnia mẽbra reip. nullum reperies, quod non fractum debilitatumq; sit.

I tuoi ricordi mi consolano. tuis monitis dolorem abijcio.

Niuno può esser ne tanto ardito, ne tanto sauio, quanto tu hai dimostrato di essere. plus præstitisti, quàm est ab animo cuiusquam, aut consilio postulandum.

Tu mi hai confortato. leuasti me ægritudine: abduxisti me à molestijs, & angoribus: leniuisti me.

Gli studi giouano in ogni tempo. studijs secundæ res ornãtur, aduersæ adiuuantur: à studijs delectatio petitur in secunda fortuna, salus in aduersa.

Troppo sei malinconico. nimium te tristitiæ tradidisti.

Sempre tu componi cose belle, & honorate. semper aliquid ex te promis, quod alios delectet, te ipsum laudibus illustret.

Sei piu di tutti ignorante. inscitia omnes uincis: solus aperta non uides.

Pregoti per quanto io posso teco. pro eo, quanti mea est apud te gratia, contendo: rogo te pro eo, quanti me facis, quanti apud te sum.

Lassa in parte, se in tutto nõ puoi, questi affanni. laxa te istis molestijs, si prorsus exoluere non potes.

Nelle tue lettere chiaramente ho ueduto l'amore, che tu mi porti. omnis amor tuus ex omnibus ſe partibus oſtendit in tuis literis.

Non ſarò mai piu di buona uoglia. iucunditatem in omne tempus amiſi.

Il mio dolore non riceue conforto. tanti uulneris remedia nulla ſunt.

La noſtra amicitia è perfetta. quod uinculum, quæ res deeſt noſtræ coniunctioni? ad ſummum peruenit amicitia noſtra.

Studio del continouo. literis utor aſſidue.

Non ſo doue ricorrere. quod mihi poteſt eſſe perfugium? quò confugiam, non habeo.

Non è rimedio à miei affanni. moleſtiarum fluctibus iactor, & à portu excludor.

Piu che uiuerò, ſarò piu miſero. uita mea miſerrimi temporis erit propagatio.

Studio per non ſentire alquanto il dolore, non per liberarmene affatto. à literis non medicinam perpetuam, ſed exiguam doloris obliuionem peto.

Tu ti doleſti, ma non molto, nella mia ſciagura. in meo caſu ita doluiſti, ut à ſummi luctus acerbitate tuus abeſſet dolor.

Se non potrò conſolarti affatto, conſolerotti in parte. leuabo dolorem tuum, ſi minus ſanare potero: tuum dolorem ſi ſanare non potero, leuabo quidem certe.

Egli mi ha cõſolato alquãto. modicã adhibuit cõſolationẽ.

Di queſta tua corteſia ſempre parlerò, e ſempre penſerò. iſtam tuam liberalitem ſemper in animo habebo.

L'huomo

L'huomo è ſottopoſto a mille accidenti. omnibus fortunæ telis propoſita eſt uita mea.

Ricordarſi. memoria repetere: in memoriam redigere: animo ac mente ad præterita reſpicere.

Non ſi può fare, che non auengano de' mali. mala uitare conſilio nemo poteſt: mala præſtare nemo poteſt: malorum aduentum repellere nemo poteſt.

Molte coſe in materia di conſolare ſono ſtate ſcritte. conſolationes multæ ſunt memoriæ literisq; proditæ.

Comporre. memoriæ, literisq; prodere.

Hauer figliuoli. liberos ſuſcipere.

Non penſo di poterti liberar affatto da queſto dolore. dolorem iſtum tibi exhauriri poſſe uniuerſum non puto.

Non ſi ſente dopo morte. nullus in morte reſidet ſenſus: mors nullum habet ſenſum. mortui ſenſu carent: mortuis nullus ineſt ſenſus.

Io reputo felice chi muore a queſti tempi. beatum duco, quem dij immortales ex his miſerijs, atque ex iniquiſſima conditione uitæ eripiunt.

Ti biſogna eſſer graue, come ſempre foſti. tuenda tibi grauitas eſt, quam ſemper præſtitiſti: faciendum tibi eſt, ut ei, quæ ſemper in te fuit, conſtantiæ ſeruias.

Il tempo. ipſa diuturnitas, uetuſtas, dies, anni.

Il ſauio prouede innanzi à quel che deue auenire. ſapiens conſilio præripit futura: conſilio antefert.

Da rimedio al tuo dolore con la ragione, ſenza aſpettare il beneficio del tempo. temporis medicinam ratione repræſenta.

Ho ſodisfatto all'ufficio di ueriſſimo amico. officio functus

ctus sum beneuolentissimi, atque amicissimi.

Parmi di hauer fatto un grande acquisto. optandum quiddam mihi uideor assecutus.

Son stato molto infelice nella mia prima giouanezza. adolescentiæ meæ tempora grauissimis in malis, miserijsq; iacuerunt.

Non è fuori del mio costume, il far piu conto de gli amici, che di me stesso. non est alienum meis institutis, maiorem amicorum, quàm meimet, habere ratioñe.

Non so uedere, per qual cagione tu sia uenuto in cosi cattiua opinione de gli huomini. cur in istam inuidiam uocatus sis, non uideo.

Tu mi hai rinuouato il dolore. dolorem meum refricasti.

Io non miro alla tua pouertà, ne al tuo misero stato, ma alla uirtù. non ego te ex inopia tua, non ex fortuna, sed ex uirtute pendo.

Egli usaua di souenire à gli afflitti. leuare miserorum fortunam solebat.

Verranno tanti mali, che meglio fie il morire, prima, che uederli. ea temporum impendet conditio, ut optime actum cum eo putem, si quis ante ex uita discesserit.

Io ti amerò sempre, come debbo. meus animus erit in te, qui esse debet.

Ho preso gran piacere e dell'opinione, e dell'humanità tua. magnum cepi fructum & iudicij, & officij tui.

Egli è un grand'huomo da bene. nihil putat esse utile, nisi quod rectum, honestumq; sit.

Far compagnia. coire societatem.

Vserò l'usata mia modestia nel dimandare . non dimittam pudorem in rogando meum.

Mi è molto caro , che cosi tu mi ami. talem erga me animum libenter amplector.

Farò piu conto dell'animo tuo , che dell'util mio . tuam uoluntatem utilitati anteferam meæ.

Se si costumasse , come già si soleua. si mos antiquus maneret.

Prouederò , che tu non patisca danno . consulam fortunis tuis.

Le cose tanto sono manifeste , che non ui si può dubitare . tot uestigijs notata impressáq; sunt , ut in ijs errari non possit.

Tu mi tieni per discortese . priuas me liberalitatis fructu .

Se tu hauessi speso per me questi danari . si mihi expensam istam pecuniam tulisses.

Vn sol giorno io fui con lui . unum cum eo diem posui.

Tu uai spesso alle chiese . sacras ædes frequentas .

Il tempo del periglio è uicino . res est in propinquum adducta discrimen.

Egli è uiuuto da gentilhuomo sempre, in una città piena di tutti i beni . ingenua uita, in beatissima ciuitate semper uixit.

Veggiomi ruinato , senza pur una speranza di rimedio. uideo meam esse non solum aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam.

Non è da temere altro , che il peccato. ita animati esse debemus, ut, præter culpam & peccatum, nihil hor

ribile

ribile putemus.

Attendi à uiuer ſano, & allegro. ualetudini tranquillitatiq; animi ſeruias.

Niuno e contento del ſuo ſtato. nemini ſua conditio ſatisfacit.

Non poſſo leuarmi dell'animo le ingiurie, che mi hai fatte. à tuis iniuris cogitationem auertere nonqueo.

Sento eſtremo dolore. angor dolore, conficior, torqueor, mirifice crucior, affligor.

Penſare. agitare animo.

Io mi conſiglierò con gli amici. amicos in conſilium adhibebo.

Niuno è ſicuro della ſua ſaluezza. nemo habet explicatam, aut exploratam rationem ſalutis ſuæ.

Tu ſei di poco animo. parum in animo tuo roboris eſt, atque neruorum.

La bontà baſta per far l'huomo pienamente felice. bene ſentire, recteq; facere, ſatis eſt ad bene beateq; uiuendum.

In queſte mie coſi graui ſciagure gran refrigerio mi porge la memoria di quel buon'animo, che ſempre ho hauuto. tantis in malis optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentor.

L'ho fatto per ſodisfare all'officio mio. feci officio adductus.

Non erauamo certi della uittoria. explorata mihi uictoria non erat.

Chi non ha in compagnia la uirtù, facilmente è uinto dalla fortuna. cui comes uirtus non eſt, is animo facile ca-

cile cadit à fortuna perculsus.

Habbiamo quell'animo, che si conuiene. simus ea mente, quam ratio & ueritas præscribit.

Pur ch'io nõ pecchi, del rimanente non mi curo. nihil in uita mihi præstandum præter culpam existimo: modo culpa uacem: de reliquis non laboro.

Questo dico, accioche tu conosca, che nell'uniuersale ruina la bontà è però sempre la medesima. hæc eò pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus uigere tamen uirtutem existimes.

Tu mi confortasti quando io haueua mezzo perduta la speranza. excitasti me diffidentem.

Chi può indouinare il fin delle cose? de euentu atque exitu rerum quis est qui promittere aliquid possit?

Non habbiamo ne prattica di guerra, ne buona gente. ab usu rerum, & militum robore sumus imparati.

Bisogna essere moderato nel bene, e nel male. eundem in aduersa, quem in secunda, fortuna adhibere animum oportet.

Odo, che alcuna uolta tu stai forte di mala uoglia. audio te interdum solicitum solere esse uehementius.

Vorrei, che tu studiassi filosofia. uelim te ad eius scientiæ studium adiungas, unde nascitur atque alitur moderatio uitæ.

Molti miei amici sono morti nella guerra. multos mihi necessitudine coniunctos belli casus eripuit.

Fuggirono subito chi in qua chi in la. statim omnes distraxit fuga.

Conosco quanto siano picciole le mie forze: nondimeno credo

no credo di douer operare alcuna cosa in tuo seruigio. quàm sim infirmus, intelligo: fore tamen existimo, ut nauare aliquid & efficere tua causa possim.

Dubito, che la republica sarà sempre soggetta. uereor, ne perpetuo dominatu publica res urgeatur.

Si aspettano gran mali. grauissima instant mala.

E' bella cosa l'esser senza peccato. abesse à culpa, carere culpa, uacare culpa, expertem esse culpæ, nullius tibi conscium esse culpæ, nullius affinem esse culpæ, purum esse ab omni culpa, culpam omnem prorsus ignorare, præclarum est.

Tu dici questo per mettermi paura. hoc tu mihi ad timorem proponis.

Parmi quasi d'indouinar col pensiero. uideor mihi coniectura propius accedere: assequi propemodum coniectura mihi uideor.

Il fin delle battaglie è dubbioso. communis est mars, & incerti exitus præliorum.

Ogni di maggiormente questo si crede. hæc in dies singulos magis magisq; hominum opinio confirmatur.

Io non mi reputo per tanto sauio. hoc mihi non sumo, non arrogo, non ascisco: ad hunc me sapientiæ gradum peruenisse non puto.

Chi non è ben gagliardo non sosterrà tanti mali. hæc incommoda sustinere, magnæ uirtutis est.

Egli è galantissimo fanciullo. nihil eo puero festiuius: puer est lepidissimus. lepores habet qui amorem concilient.

Il tempo mi consolerà. dolorem longinquitas temporis mitigabit.

mitigabit.
Questa ragione seruirà à consolarci amendue. hoc mihi ad consolationem tecum commune erit.
Se mi conuenisse morire, non muterò opinione. si uocer ad exitum uitæ, non faciam ut hunc sensum omittam.
Rallegromi pensando com'io son uiuuto. delector præteritæ uitæ cursu, bene laudabiliterq; confecto.
Io son tanto uecchio, che poco piu di uita mi resta. iam me ad exitum uitæ pene natura ipsa perduxit.
Io ti pareggierò nell'amore, ma ne' beneficij non potrò. beneuolentiam erga me tuam imitabor, assequi merita non potero.
Io mi ti offerisco à tutte le cose senza alcun risparmio. polliceor tibi studium meum & operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut tẽporis.
Non è possibile, che tu stia lungamente in cosi fatte miserie. ista in te diutius hærere incõmoda non possunt.
La tua nobiltà, e la tua fanciullezza, & institutione questa speranza ne porge. ita natus es, ita educatus, ita doctus, ut aliter de te sperare non liceat.
Io ti scriuerò diligentemente il tutto. literis omnia diligentissime complectar.
Niuna speranza piu mi resta. fortuna me prorsus omni spe salutis orbauit.
Io predissi il uero. mea me diuinatio non fefellit.
La tua patria non è piu potente. fractæ sunt opes patriæ tuæ.
I poueri uolentieri fanno guerra. facile bellum suscipiunt

piunt quibus res domesticæ non optimo loco sunt:

Egli è huomo di grande ingegno, e che antiuede le cose di lontano. homo est ualde acutus, & multum prouidens.

Tu sei entrato in questa impresa con piu animo, che forze. causam hanc suscepisti animatus melius, quàm paratus.

A' che fine dico io cotali cose? quò hæc spectant? quo hæc pertinet oratio? quorsum hæc à me instituta oratio est?

Mi ti offerisco di ciò che posso. quidquid ualeo, tibi ualeo, uniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero.

Habbi buon'animo, e buona speranza. cura, ut cum firmitudine te animi, tum spe optima sustentes.

Io ho una sorte, che non hanno gli altri. singulari sum fato: mea est conditio singularis.

Si crederà, che tu l'habbi fatto per inuidia. hoc tibi assignabitur inuidiæ.

Io scriuo in quel modo, che stimo douerti piacere. ad tui sensus coniecturam scribo.

Non si può far di meno. summa necessitas premit: non utrumuis licet.

Ti bisogna hauer cura di tutto questo fatto. totum negocium tu sustineas oportet.

Siamo ruinati per colpa d'altri. cecidimus alieno uitio.

Tu te l'hai obligato con un notabile beneficio. magno tibi eum beneficio deuinxisti.

Se io hauerò modo di poter trattare intorno alle tue fa-

cultà. si quis mihi erit aditus de tuis fortunis agẽdi.
In questo cõsiste tutta l'importanza. in hoc sunt omnia.
Non fa bisogno di dir le cose à una à una. singula persequi non est necesse.
Ogni di diuenta piu piaceuole, e piu cortese. quotidie ad humanitatem delabitur: quotidie fit aliquid ab eo lenius, & liberalius: dies eum mitiorem facit.
Egli è necessario, che à qualche tempo risorga la republica. respublica in perpetuum iacere non potest: necessario reuiuiscet atque recreabitur respublica.
Molte uolte in poco momento di tempo consistono cose di somma importanza. maximæ res in temporum inclinationibus sæpe paruis positæ sunt.
Aiuterotti in qualunque occasione mi si offerisca. nullum prætermittam tui iuuandi locum.
Non possiamo assicurarci dalla fortuna. quæ sunt in fortuna, prouideri consilijs non possunt.
Tu sei tornato nella patria per merito del tuo ualore. reditum tibi ad tuos tua uirtus aperuit.
Tu ti rallegri senza cagione. usura frueris falsi gaudij.
Io ne presi tanto cordoglio, che da indi in qua non ho mai potuto esser di buona uoglia. ita sum fractus, atque ita cecidi, ut nulla me res deinde ad æquitatem animi potuerit extollere.
Rispetto à' tempi, mi contento. pro ratione temporum, non displicet. ut his temporibus, satis habeo.
Sono miei grandi amici già molti anni. ueteris mihi cũ his necessitudines intercedunt.
Ottauio Pantagatho non è huomo da dir bugie. grauis
homo

homo est, & certus Octauius Pantagathus.
Il fastidio, cordoglio, affanno, dispiacere, passione, amaritudine, tribolatione, dolore tormento. cura, molestia, dolor, solicitudo, angor.
Cesseranno questi romori. extinguetur hic ardor.
Grandezza di animo. firmitas animi: fortis animus, magnus, ad omnem euentum paratus, ad omnes casus ferendos constans, ac paratus.
Si dura fatica à poter parlare à gran Signori. aditus ad magnos principes difficiliores sunt.
Tu mi hai dato gran trauaglio. diuturna sum à te molestia conflictatus.
Io non ho il potere, che soleua. fractæ sunt opes meæ.
Farò per te ciò che potrò. omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tuis rebus consumam.
Parlò molto humanamente. perliberalis eius oratio fuit.
In cattiuo stato sono le cose tue. difficili loco sunt res tuæ.
Tu non sei tenuto sauio, come dianzi. detractum est de tuæ sapientiæ fama.
Non è fuori di proposito, ch'io oda simil cose. personare aures meas huiusmodi uocibus, non est inutile.
Vi potrai andare senza impedimento. eò te facillime, & expeditissime conferes.
Non ci è piu speranza di pace. spes pacis exclusa est.
Ogni cosa è in ruina. euersæ res omnes sunt.
Doueremmo hauere una medesima opinione, & una medesima uolontà. coniunctissima esse deberemus & sententia,

ſententia, & uoluntate.

Ho fatto queſto fermo penſiero. hoc ſuſcepi conſilium.

Non ho potuto uenir à trouarti, per eſſer indiſpoſto del corpo. infirmitas me ualetudinis tenuit, quo minus ad te uenerim.

Hora che tu hai tempo, non ſtare indarno. fac, ut tibi conſtet fructus ocij tui.

Tutto il giorno tu ſtudi Cicerone: totum diem Ciceronis lectione conſumis.

So che tai coſe non ti piacciono. ſcio hæc tui ſtomachi non eſſe.

Io giudico per quello ch'io ne prouo in me ſteſſo. de meo ſenſu coniecturam facio.

Son diuenuto rauco: ho perduta la uoce: mi è mancata la uoce. uox me defecit.

Cicerone imparò da Molone Rodio. Cicero Moloni Rhodio operam dedit.

L'elefante pare che in alcuna coſa ſi riſomigli all'huomo. uidetur eſſe quædam elephanti cum genere humano ſocietas.

Con tanta forza ferì la fiera, che la paſsò da un canto all'altro. ita fortibus lacertis beſtiam percuſſit, ut eam transuerberauerit.

Volentieri mi rimarrei di far queſt'arte. libenter artem deſinerem.

Non potrei eſſer in ſtato di uita piu doloroſa. uita mihi nulla eſt.

Non ho mai potuto uiuere à modo mio. arbitratu meo uiuere nunquam licuit.

Io non

Io non penso altro : nihil aliud commentor .
Se io potrò in parte liberarmi da tante noiose brighe . che, in tutto, non spero. si me molestissimis occupationibus relaxare potuero . nam , ut plane exoluam , non spero .
Attendi à gouernarti in questa tua indispositione. istam imbecillitatem ualetudinis tuæ sustenta , & tuere.
Verrai meco alla nostra uilla. obibis mecũ uillas nostras.
Io gli porto mortal odio , perche me ne ha dato cagione. suo illum merito pessime odi.
Ho nella mente un gran disegno . magnum quiddam specto.
Egli haueua preso à perseguitarmi per suo piacere. animi causa me , in quem inueheretur , delegerat.
Anderò contra di lui qualunque uolta uoi uorrete . emissarius in illum semper ero.
Voglio , che tu stia allegro . iubeo te gaudere.
Son occupatissimo . occupationibus distineor.
Maggior riguardo ho uoluto hauere all'opinione de gli huomini , che alla saluezza mia . malui famæ cedere, quàm salutis meæ rationem ducere .
Non ha fatto cosa à buon capitano conueneuole. nullus imperator fuit.
Combattere , far la giornata . signa conferre: acie confligere : prælio decertare : depugnare .
Aiace si amazzò se stesso . Aiax uoluntariam sibi mortem consciuit , ipse sibi manus attulit.
Se tu hai posto alcun ordine co' tuoi . si quod constitutum habes cum tuis .

Io mi ho preso questa sicurtà. hoc mihi sumpsi.
Niuno trouerai ne piu huomo da bene, ne piu discreto di lui. probiorem hominem, meliorem uirum, pudentiorem esse neminem cognosces.
Pregoti à fargli tutte le carezze. uelim eum omni tua humanitate complectare.
Questa è la principal uirtù. familiam ducit hæc uirtus.
Io te'l raccomando in ogni cosa. totum tibi hominem trado.
Ha fatto bene i fatti suoi. suam rem bene gessit.
Attendi à questa occasione. urge istam occasionem, & facultatem.
Pur che tu torni ricco, torna quanto tardi che tu uuoi. serius potius ad nos, dum plenior.
Huomo nobile. summo genere natus.
Ignobile. terræ filius: infimo genere natus.
Niuno può hauer la sua amicitia. ad eius amicitiam aspirare nemo potest.
Il uerno bisogna far buon fuoco. hieme camino luculento utendum censeo.
Auisami di tutto l'esser tuo, e di tutti i tuoi pensieri. fac me de toto statu tuo, consilijsq; omnibus certiorem: significa: literis expone: imaginem rerum omnium consiliorumq; tuorum literis ostende.
Vsagli tutte quelle cortesie, che puoi. confer in eum quidquid potes officij, & liberalitatis.
Da uero amico ti ricordo. amicissimo animo tibi præcipio.
In coteste cose non è fondamento. inaniora ista sunt: frigent

gent ista.

Ho perduta la lite. causa cecidi.

Tu non mi uscirai mai di mente. mihi nunquam ex animo efflues.

Mi da fastidio il non uederti. pungit me quòd aspectu tuo caream.

Ogn'uno conosce. constat inter omnes: nemini exploratum non est: neminem fugit: neminem præterit: neminem latet: nemini dubium est: nemini obscurum est.

Tu non stai in una opinione. certa in sententia non constas.

Perdonami, s'io dirò questo. pace tua dixerim.

Feci amicitia con lui, pensando, che douesse hauer cura di me, e giouarmi, & honorarmi. contuli me ad illius amicitiam, fore arbitratus, ut me tueretur, ut augeret, ut ornaret.

Io ti raccomandai à lui con quanto affetto e diligenza potei maggiore. ei te commendaui, & tradidi, ut grauissime, diligentissimeq; potui.

La tua raccomandatione non ha operato meco. nihil me commouit commendatio tua.

Io ti assicuro, che ne hauerai contentezza, & honore. hæc ego tibi iucunda & honesta præstabo.

Miglior occasione di questa niuna trouerai. magis idoneum tempus nullum reperies.

Malamente sostengo il desiderio della persona tua. æstuo desiderio tui.

Non ho potuto far che non ti dia il mio libro, uedendo il

desiderio tuo. meum librum tibi cupienti debere non potui.

Rinfresca il uento. uentus increbrescit.

Tu non poteui far testamento. factionem testamenti non habebas.

Io ti noterò per debitore à pagarmi quando uorrai. nomina faciam qua tu uoles die.

Il torre a prestanza non mi si conuiene. mutuum sumere, mei pudoris non est.

Egli è galantissimo huomo in ogni cosa. homo est in omni iudicio elegantissimus.

Tu non sai il mio costume. meum institutum ignoras.

Che uuoi tu ch'io faccia di queste statue? his apud me statuis ubi locus est? quò mihi hæ statuæ?

Quando farai tu condurre queste robbe, & in che modo? quando hæc accerses, & quo genere uecturæ?

Poss'io morire. ne uiuam: ne sim saluus: dispeream: perdat me deus.

Non posso attenderti. operam tibi dare non possum.

Ho cominciato à studiare anche di notte. ad studia iam etiam aliquantum noctis assumo.

Non posso farti credere ch'io sia amalato. probare tibi nõ possum, me non ualere.

In questo gli Stoici riprendono Epicuro. in hoc Epicurum Stoici male accipiunt.

Ho perduto le forze per debolezza, e per dieta. confecit me languor, & fames.

Vorrei andar in uilla, per raallegrarmi alquanto. rus cogito, ut animum relaxem.

Galan-

Galant'huomini. lauti homines.

Tu l'hai messo in riputatione. tu eum in honorem adduxisti.

La malatia ua mancando. remittitur morbus.

Se io guarirò. si morbum depulero.

Il tempo ti consolerà. dies medebitur dolori tuo. la republica in tutto è ruinata. communis res ita dilapsa est, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquatur.

Ogni cosa da te riconosco. quòd sim, quòd habeam, quòd homo existimer, id omne abs te habeo.

Tu fai male. turpiter facis.

Desidero presto partirmi. euolare cupio.

Non ho mai dormito questa notte. somnum hac nocte non uidi.

Non potrei sostener tanti mali, se la philosophia non mi consolasse. hanc ego tot malorum procellam non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem.

Il motteggiare antico piu non si costuma. uetus urbanitas exaruit.

Io non mi curo di cosa alcuna punto punto. trahantur per me pedibus omnia, non laboro.

Io l'amo grandemente. mihi est in amoribus: mihi est in oculis: illum oculis fero.

Leggo uolentieri le tue lettere. iucundus est mihi sermo literarum tuarum.

Per questo niente hai perduto. damni nihil ideo fecisti.

Alhora le lettere erano in riputatione, hora nõ sono prezzate. tum uigebant, nunc iacent studia literarum.

Se io posso sbrigarmi da tante cure. tot occupationum con

cursum si, ut uolo, excepero.
Penso di lasciar affatto gli studi. multam literis salutem dicere, in animo est.
Io gli ascolto molto uolentieri. meis æquissimis utuntur auribus.
Attendono à medesimi studi. studijs ijsdem tenentur.
Buon giudicio. limatum & politum iudicium.
Ho deliberato. mihi iudicatum est, deliberatum est: certum est: statutum est: captum consilium est.
Non farò altro, che studiare. abdam me in literas.
Hormai mi ho fatto conoscere à bastanza. satis me iam probaui.
Non mi iudicar arrogante per quello, che ho fatto. ne meũ hoc officium arrogantiæ condemnes.
Darò questa cura à un'altro. hunc laborem alteri delegabo.
Chi è tanto disoccupato, che possa notar ogni cosa? cuius ocij est, omnia persequi?
Che giudicio se n'è fatto? quænam est hominum existimatio consecuta?
Non se ne parla piu. repressus est sermo.
Egli è doppio. solet aliud sentire, & loqui.
Se ne ragiona per le piazze. uulgo iactatur.
Non me n'ho preso fastidio. non sum commotus.
I tuoi libri sono in riputatione appresso tutti. tui libri omnibus uigent.
Pur che questo sia l'ultimo mio danno, io me ne contento. modo hoc defungar, æquo animo fero.
Marcello non fa piu le furie che faceua. Marcelli impetus

petus resederunt.

Nō si sa quel che n'habbi da essere. incerta existimatio est.

Dopo la tua partita mi par di essere rimaso solo. te profecto solitudo mihi ubique est.

Farò nota à posteri la nostra amicitia. prodā posteris amicitiæ nostræ memoriam.

Mi dispiace che tu non habbi ueduto cosi bella cosa. doleo carui sse te pulcherrimo spectaculo.

Tu l'hai considerata molto bene. acute admodum uidisti.

La potenza grande di Pompeio metteua paura à tutti i buoni. Pompeij opes bonis omnibus metū incutiebāt.

Cesare non guardaua à spesa per farsi amici i poueri. Cæsar sibi hominum infimorum amicitias impensa quali bet adiungebat.

E occorso un bel caso. cecidit uenuste.

Tu hai detto ragionando una parola, che mi sta tuttauia nella mente. uocem in sermone coniecisti, quæ mihi adhuc hæret in animo.

Bisogna che tutti ubbidiscano al senato. omnes oportet senatui dicto obedientes esse.

Io mi truouo in gran pensiero. uehementer animi pendeo.

Se la fatica fosse pari alle mie forze, troppo me ne conten terei. si pro uiribus labor esset, nihil tam esset optandum.

Veggio che sarà cosi. hunc euentum prouideo.

Egli ha fatto tacere ogniuno. retudit sermones, repressit: sermonibus finem fecit.

Altre uolte non erauamo amici. mihi cum eo simultates olim erant.

Si crederà che tu sia rappacificato con lui con animo poco sincero. parum simpliciter parumq; candide posuisse. nimicitias uideberis: ficta uidebitur gratiæ reconciliatio.

Qui non si fa cosa alcuna. hic omnia iacent: hic ueternus omnes occupauit: omnes languent: omnes torpent.

Stanno bene amendue insieme. recte hoc par habet.

E' da mettere in consideratione la loro dimanda, e da intendere le cagioni. eorum habenda ratio est, causæq; cognoscendæ.

Voleua bastonarlo. fustem illi uolebat impingere.

Egli mi usa gran cortesia. tractat me liberaliter.

Io mi sforzerò di farlo. imperabo mihi: ipse me cogam.

Quante possessioni pagano grauezza. fructuarij sunt hi agri: non sunt immunes hi agri: publice aliquid pendunt.

Tu hai poche genti. male paratus es ab exercitu.

Saccheggiò il paese. prouinciam diripuit, uastauit, deprædatus est, rapinis exinaniuit: prædas egit.

Tu contrasti sempre al disiderio mio. cupiditati meæ semper occurris.

Mi da gran fastidio la tua malatia. ualde me torquet ualetudo tua.

Siamo uenuti à patti: ad pactionem descendimus.

Per amor tuo lascierò le cose mie. de mearum actionum cursu tua causa deflectam.

Ne parlò con lui caldamente. uehementer cum eo locutus est.

Hanno fatto le pratiche per te. prensarunt, & circumierunt tua causa.

Si sospetterà che tu non sia huomo di buona fede. tua fides in suspicionem adducetur: in dubium ueniet: in dubium uocabitur: erit cur de tua fide non bene homines existiment.

A questa sola cosa attenderò. in hanc unam incumbam curam.

Piu tosto uoglio patire ogni cosa. omnia potius subire constitui.

Rimarrò di fare i fatti miei per fare i tuoi. abijciam actiones meas, ut tua negocia suscipiam.

Non uogliono uenire a battaglia. ad extremum certamen rem deducere non audent.

Fu ripreso grandemente da Curione. pessime acceptus est à Curione.

Sento biasimare grandemente la tua giouanezza. tuam adolescentiam exagitari audio.

Son contento di peccare in questo. in hanc partem non inuitus erro: in hanc partem libenter pecco.

Tu mi sei forte obligato, ne però sodisfai al debito tuo. magna mihi debes beneficia, nec soluis.

Io non poteua indurmi à farlo. imperare mihi non poteram: adduci non poteram.

Facilmente mi aueggo che tu hai mal'animo contra di me. facile animaduerto male de nobis cogitare: quòd facile animaduertam, male animatus in me es.

Tu mi sei tenuto della uita. uitam mihi debes.

Pregoti à non mi fare questo torto. hanc à te iniuriam deprecor.

deprecor.

Non mi è troppo amico. æquissimus mihi non est: paulo iniquior in me est: iniquiore animo erga me est: animo est in me non satis æquo.

Egli andò in grandissima colera. excanduit: exarsit: ira cundia commotus est uehementi.

Niuno in queste carestie paga quel che deue. nemo temporibus tam angustis in pecunia satisfacit.

Io non potrò mai dispormi di andare à parlargli. ut illius uultum subeam, imperare mihi non potero, impetrare à me non potero, adduci nunquam potero.

Io ne farò la proua sotto questo pretesto. per hanc speciem rem tentabo.

Mettero ordini secreti con Domitio. inibo cum Domitio consilia.

Accusare. in iudicium uocare: diem dicere: postulare: nomen deferre.

Non poteua riuscire meglio. melius cadere non potuit.

Infin hora sei uiuuto di maniera che le tue facultà ne hanno sentito danno. hactenus ita uixisti, ut ipse tibi parum utilis fueris.

Egli è passato il tempo che faceua tai cose. hæc ætate iam sunt decursa.

Si lascia correggere. non est pugnax in uitijs.

Tu non sei priuo d'ingegno per conoscere il tuo bene. habes non es ad id, quod melius sit, intelligendum.

Io ho lo stomaco guasto. languenti stomacho sum.

Che sara di te? quid erit tibi? quid te fiet?

Meglio è il uiuer qui con noi, che essere gran signore.

tanti non est multis mortalibus imperare, quanti hic nobiscum uitam ducere.

Egli è in cattiua opinione per la uita passata. inuidiosus est à superiore uita.

Pompeio proponeua questo partito. hanc ferebat Pompeius conditionem.

Non so che partito prendermi. mearum rerum quid consilij capiam, non reperio.

Tutti i cattiui e sciagurati si accosteranno à Cesare. qui cum timore aut mala spe uiuunt, ad Cæsarem omnes accedent.

Veggio, che potrebbe seguire una gran discordia. uideo magnas impendere discordias.

Questa infamia ti durerà sempre. has tibi sordes nulla res eluet.

Egli è ualoroso. nemo illo est acrior in rebus gerendis.

Questo è un brutto inuerno. teterrima ac fœdissima hiems est.

Ho gran uoglia di cõmunicare con te tutti i miei pensieri. omnia tecum intima conferre discupio.

Veggioti essere tutto malinconico. uideo te nihil nisi triste cogitare

Io ti prego per quanto hai caro ciò, che hai. per fortunas te oro.

Se tu amerai tuoi figliuoli, niun partito prenderai alla tua uita nociuo. si tibi curæ erunt liberi tui, nihil grauius de tua salute statues.

Io ti giuro per la nostra amicitia, & per Dio medesimo. amicitiam nostram, Deumq; ipsum testificor.

Niuno per prieghi si saluerà. deprecationi locus non erit.

Auertisci bene, che tu non sÿ cagione di ruina à te & à tutti i tuoi. etiam atque etiam cogita, ne te tuosq; omnes funditus euertas.

La colera mi fa spesso uscire di me stesso. bonam mentem sæpe mihi aufert iracundia.

Prouedi à' tuoi figliuoli. consule liberis tuis.

Non spero, che siamo mai per uscire di questi mali. tot tantisq; malis urgemur, ut nullam alleuationem spe rare non liceat: futurum non spero, ut hæc, quæ pre munt, mala transeamus.

Chi è cosi huomo da bene, che non dia che dire? quis ita uiuit extra culpam, ut linguas uitare possit?

Niuno è cosi sauio, che non erri alcuna uolta. nemo est ita lynceus, qui aliquando non offendat.

Hai inteso qual sia l'animo mio. habes rationem mei con siliÿ.

Tra tanto passeranno questi romori. interea deferue- scent hæc.

Io ho un certo pensiero intorno à quel che sia per aueni- re. habeo, quò me coniectura ducat.

Proponiamo fermamente di uiuere nelli studi. stet illud, in studijs uiuere.

Niuno mi adopera. nemo utitur opera mea.

Non ti è honore, hora, che la città è in tanti trauagli, lo stare assente. abesse in tanto ciuitatis incendio, de corum tibi non est.

Non è peccato, che hoggi non si commetta. omnes in omni

omni genere & scelerum et flagitiorum uolutantur.

Non mi curo delli ignoranti: uoglio seguire il tuo costume. persequar te neglecta barbarorum inscitia.

Non ho altro refrigerio, che ragionare teco. nulla in re alia nisi in tuo sermone acquiesco.

A te non ti mancano queste cose. hæc tibi domi nascuntur.

La stagione è contraria. aduersatur anni tempus: per anni tempus non licet: facultatem eripit anni tempus.

Se io hauerò tempo. si mihi spatium fuerit.

Questo staua à noi. hoc in uoluntate nostra fuit: fuit hoc nostri consilij.

Tu sai che fastidio era il mio. scis quo ego tum in luctu fuerim.

Io non presi partito della persona mia senza mirare alla republica. nihil decreui de salute mea, in quo publicam simul rem non spectauerim.

Tu non sei prouisto per il uerno. subsidia tibi ad hiemem non parasti.

Ho parlato piu lungamente, che non pensaua. longius, quàm sum opinatus, mea fluxit oratio.

Tu riposi quando gli altri sono nel maggior trauaglio. his tempestatibus es prope solus in portu.

Tu riceui grandissimo giouamēto dalla filosofia. fructus philosophiæ percipis eos, qui maximi sunt.

Per la sanità è lecito di non studiare. studiorum uacationem habet ualetudo.

Io uoglio uolere quel che tu uorrai. meum consilium accommodabo ad tuum.

Le sciagure passate mi scusano. meam causam superiorum temporum fortuna sustinet.

Attendere alli studi. exercere studia: colere studia: tractare studia: in studijs uersari: tempus in studijs collocare.

Prego Dio, che bene ti auenga di questa compra: emptionem istam tibi feliciter euenire uolo.

Le cose mie stanno benissimo. rectissime sunt apud me omnia: optimo loco sunt res meæ: status est rerum mearum is, quem uolo.

Non mi sento troppo bene. minus belle habeo: non satis commode ualeo.

Subito uerrò à trouarti. aduolabo statim ad te.

Farò, che non patirai danno. præstabo te integrum.

Mi aueggio che troppo ragiono. intelligo me labi longius in sermone.

Dubito, che egli non studierà piu tanto. uereor, ne refrixerit in studio.

Questo auenimento mi ha dato intolerabile dolore. hic me casus grauissime afflixit.

La fortuna non può uincere i uirtuosi. uirtute prædiij fortunæ non succumbunt.

Io contendo per amor tuo. prælia tua causa sustineo.

Molti dicono mal di te. multi obtrectant tibi.

Fu sopragiunto da subita guerra. oppressus est bello repentino.

Io'l fo per compassione. in eo me mouet humanitas.

Desidero di far loro piacere. uolo ipsorum causa.

Io ne sostengo tanto pensiero, che reputo ui si tratti di ciò,

ciò che ho al mondo. ita laboro, ut fortunæ meæ mihi uideantur in discrimen uenire.

Io mi sforzerò quanto potrò. enitar & contendam.

La mia disgratia ha uoluto così. non culpa sed fortuna miser sum.

E' cresciuta molto l'allegrezza mia. cumulatus sum maximo gaudio.

Ogn'uno ti loda. omnes te summis laudibus ad cœlum afferunt.

Io sono stato cagione, che tu sij lodato. tuæ laudes à me profectæ sunt: auidior gloriæ sum quàm satis est.

Mi reputo à gloria grandissima, che mio figliuolo sia tanto lodato. florere laudibus filium, summæ mihi gloriæ duco.

Sento grauissimi dolori. oppimor doloribus.

Mi lodano teco insieme. sociũ me ascribũt tuis laudibus.

Non fu mai cosa piu honorata. nihil magnificentius, nihil præclarius actum est unquam.

Così dice ogn'uno. hæc una uox omnium est: consentiens in hoc est omnium sermo.

Voglio darti della mia lode, e non torti della tua. transfundam ad te meæ laudis partem potius quàm de tua aliquid exhauriam.

Non potrei amarti piu di quel, che faccio. ita sum incensus, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius.

Io ti amo assai piu che prima. ad meum in te amorem tantum accessit, ut mihi nunc denique amare uidear, antea dilexisse.

Attendi all'honore & alla gloria. dignitati & gloriæ

seruias.

Io son stato la prima cagione della tua riputatione. initium tuæ dignitatis à me profectum est.

La republica da te dipende. in te reposita est respublica: sita est, collocata est, à te pendet.

Tu sei molto faceto nel parlare. ualde salsus es in sermone: dicta tua persalsa sunt: tui sales admodum iucundi sunt.

Il moteggiare grandemente mi diletta. mirifice capior facetijs.

Non si uede piu segno alcuno di quell'antica galanteria: nullum ueteris leporis uestigium apparet: antiqui leporis imago non agnoscitur.

Ne ho sentito estremo affanno. grauiter exanimatus sum.

Io anchora l'ho intesa cosi. neque ego aliter accepi.

Per la maggior parte ho lasciata la città. magnam partem urbem reliqui.

Io erro signore & hora son seruo. tunc in puppi sedebã, clauumq; tenebam: nunc uix est in sentina locus.

La casa mi piace se le mura non sono cattiue. domus mihi probatur nisi quid est in parietibus uitij.

Niuno auocato attendeua piu di Cicerone alle cause. Cicero forum urgebat, sic, ut nemo magis.

Farò ogni cosa, per acquistarmi l'amor loro. quicquid elaborari aut effici potuerit ad eorum beneuolentiam conciliandam & colligendam, summo studio persequar.

Se non uiene alcuna occasione, non apparisce l'amore.

nisi

nisi aliquod incidat tempus, amor non extat.

Doue non è giustitia, ogni cosa è in dubbio. omnia sunt incerta, cum à iure discessum est.

Vn solo è signore. omnia posita sunt in unius uoluntate.

Bisogna ch'io mi gouerni nel uiuere con buona regola. adhibenda mihi est in uictu summa moderatio.

Egli ha un gran giudicio. habet peracre iudicium.

I philosophi soli posseggono la uirtù. uim uirtutis philosophi soli tenent.

A' tai cose non posso io rimediare. ea ego præstare non possum.

L'huomo forte uince la fortuna. ab animo firmo & graui, tanquam fluctus à saxo, frangitur fortuna.

Tu consumi il tuo. bona perdis: rem dissipas.

Non ti dar à credere. non eo sis consilio.

Voglio leuarti la paura. abstergere uolo animi tui metum.

Io m'imagino il peggio, ch'io posso, con animo di tollerare ciò che auuerrà. cogito difficillima, ad omnes casus animo paratus.

Io mi uo prouedendo per il tempo, che uerrà. munio me ad futura tempora.

Io miglioro di complessione. ualetudine melior fio.

Quella poca di copia, ch'io haueua della lingua Latina, tutta è mancata. si qua fuit in me latinæ orationis facultas, prorsus exaruit.

Molti giouani periscono per mangiar troppo: cruditas multos conficit adolescentes.

Era solito di lauorare dalla mattina alla sera. à mane ad

uesperam

uesperam perducere operam solebat.

Non penso piu punto alla republica. omnem de republica cogitationem abieci.

Sono galanti huomini. mundi homines, elegantes, lauti sunt.

Mi cortegiano con dimostratione di humanità, e grande amore. perofficiose me, & peramenter obseruant.

Come è passata l'hora delle uisite, io mi ficco tutto ne gli studi. ubi salutatio defluxit, literis me inuoluo.

Il doppo desinare attendo solamente alla sanità. tempus omne pomeridianum corpori tribuo.

Egli era ammalato. iacebat: morbo languebat.

Tu attendi à far de' figliuoli. liberis operam das.

Se dirai cosa alcuna brutta, guai à te. uæ tibi, si quid flagitij dixeris.

Sarei contentissimo di morire nelli studij. si mihi in studijs esset uita ponenda, præclare mecum actum putarem.

Egli è molto mio dimestico. summus mihi cũ eo est usus.

Io mi seruo molto di lui. optima eius opera uti soleo.

A questo ti hanno sospinto gli huomini maluagi. eò progressus es maleuolorum impulsu.

Due fratelli litigano insieme. iudicijs turpibus fratres conflictantur.

Tu non fai conto de gli amici. amicis nihil tribuis.

Io non mangio troppo. non multi cibi sum: minime sum edax.

Ho uiuuto assai. uitæ satisfeci ætate: ætati satis uixi.

Non so s'io uiuerò tanto. optandum est ut spiritum ad id tempus

id tempus ducere possimus.

E gli è un'huomo sfrenato. impotens est atque intemperans.

Attendi con tutto l'animo alla republica. omni cura cogitationeq; in rempublicam in cumbe.

Farò ogni cosa per l'honor tuo. omne meum studium, officium, operam ad amplitudinem tuam conferam.

Ogni piacere, che tu gli farai, pensa di hauerlo fatto à me. quicquid in eum officij contuleris, ita accipiam, ut in me collatum existimem.

Non ti mancarò in alcuna cosa. nulla in re neque officiũ neque studium meum desiderabis.

Quantunque io non mi ui truoui. ut ego absim: uel me absente: etiam si casus tulerit ut absim: uel si acciderit, ut adesse mihi non liceat.

Io sono molto desideroso dell'honor tuo. mirabiliter faueo dignitati tuæ.

La uirtù sarà cagione, che salirai à piu alti gradi. omnia summa consequeris uirtute duce.

Supererai con l'ingegno e cõ l'opere gli auuersarij tuoi. aduersarios tuos ingenio industriaq; franges.

Niuno ti è piu antico amico di me. nemini concedo, qui uetustate necessitudinis potior tibi possit esse.

Niuno ha sentito maggior dolore di me della ruina della republica. nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste reip. molestiam traxerit.

Pochi pari tuoi sono rimasi alla republica. maxima est orbitas in rep. uirorum talium.

I buoni solamente anderanno in paradiso. unus est co-

lendæ

lendæ probitatis cursus ad cœlum.

I buoni cittadini soli ottengono la uera gloria. unus est reip. bene gerēdæ ad uerā solidamq́; gloriā cursus.

Queste cose habbiamo imparate da' medesimi libri. hausimus hæc ex ijsdemfontibus.

Mi parrebbe di commettere troppo graue diffetto se in alcuna cosa, per picciola ch'ella si fusse, io ti mancassi. nullum in te officium ne minimum quidem, sine maxima culpa uideor posse præterire.

Ho molte cagioni di fare quel ch'io so uerso di te. officij tuendi causas habeo plurimas.

Io misurò l'animo tuo dal mio. animum tuum ex mea conscientia metior: specto animum tuum ex meo.

Io hauerei seguito se tu non mi auertiui. admonitio tua me repressit.

Perche debbo io mutare opinione? quid est, quod aliam in partem traducere me debeat?

Quanto che io potrò operare, tutto sarà in ogni tempo a seruigio della patria. quantum uiribus eniti, consilio prouidere potuero, hoc omne patriæ semper erit.

Se io potessi ragionar teco. si mihi tui præsentis facultas esset.

Attendi con ogni studio al beneficio della republica. tota mente omniq́; animi impetu in remp. incumbe.

Non è cosa al mondo di maggior gloria. nihil ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut prestantius.

La fortuna insin'hora mi è stata poco fauoreuole. hactenus mihi parum suffragata fortuna est: hactenus fortuna meis optatis non ualde respondit.

Planco

Planco ſeguì la parte di Ceſare non tanto per uolontà, quanto perche il tempo coſi richiedeua. Plancum nō tam ipſius iudicium quàm temporum uincula cum Cæſare coniunxerunt.

Doue tu credi che ſia honore ſtimo che ſia uergogna. quã tu in re dignitatem, ego deformitatem ſtatuo eſſe.

In niuna coſa ho mancato alla republica. omnia reip. præſtiti.

Io non poſſo contenermi. temperare mihi non poſſum.

Se qualche accidente non m'impediſſe, ti farò conoſcere di quanto giouamento io ſia ſtato alla republica. niſi me fortuna fefellerit, magno me reip. fuiſſe præſidio intelliges.

Con grã ſperanze tu m'inuiti al bene operare. magnarum rerum ſpe ad laudem me uocas.

Non poſſo dire quel che ho nella mente. mentis cogitata enunciare non poſſum: animi ſenſa proloqui non poſſum.

Egli ha dimoſtrato di eſſere di animo ben diſpoſto. optimam uoluntatem profeſſus eſt.

Io mi ueggo eſſer condotto à termine, che non ſo che partito mi prenda. in eum caſum me fortuna demiſit, ut, quid conſilij capiam, prorſus ignorem.

Oſſeruerò la promeſſa cō gli effetti. quæ pollicitus ſum, exitu præſtabo.

Cercaua di corromperlo con doni. muneribus eum ſolicitabat.

Non rimarrò di fare quel che infin hora ho fatto. nihil de meo ſtudio remittam.

Queſte

Queste cose io le stimo, quanto stimerei il poter uiuer sempre. hæc ego cum ipsa confero immortalitate.

Ho condotto l'esercito oltra il Rodano. exercitum Rhodanum traieci, traduxi.

Prenderò partito secondo il tempo. ad tempus consilium capiam: ex tempore consilium capiam. mea consilia temporis ratio gubernabit.

A gran giornate ne ueniua uerso Roma. magnis itineribus ad urbem contendebat.

L'esercito di Cesare era piu ualoroso, che grande. genere potius, quàm numero, firmum exercitum habebat Cæsar.

Sono uenuti auisi del tuo buon animo. fama de tua uoluntate percrebuit.

Si tratta della salute dell'Italia in una sola battaglia. in uno prælio omnis fortuna reip. disceptat.

Non è ancora il tempo. temporis maturitas nondum adest.

Attendi, quanto puoi, ad acquistarti honore. incumbe toto pectore ad laudem.

Non mi pare di poter sodisfar alli oblighi, che ho teco. tuis in me officijs non uideor mihi posse respondere.

Di nuouo si è ribellato. ad eundem furorem redijt.

Niun danno si è patito. detrimenti nihil factum est.

Io ti prometto di uoler in ogni cosa fare a tuo modo. omnia tibi obsequia polliceor.

Pur che uoglia hauer cura della republica. modo uelit remp. respicere.

Egli è uicario del Papa. Pontificium munus sustinet.

Tu non

Tu non stai diuotamente in chiesa. sacris non satis diligenter operam das.

Con poca fatica io uinsi l'un e l'altro disputando. utrunque disceptando facile fregi, atque abieci.

Tutta la città è deliberata di racquistarsi la libertà. mirabiliter omnium generum ordinumq; consensus ad libertatem recuperandam conspirauit.

Tu sarai sempre nominato. nomen tuum commendabis immortalitati.

L'honore nasce dalla uirtù. decus in uirtute positum est.

Queste opere paiono gloriose, e non sono. inania sunt hæc splendoris insignia: hæc habent speciem gloriæ; quæ tamen inania sunt.

Le ricchezze poco durano. breuia sunt, fugacia, caduca fortunæ bona.

Non abandonar questa honorata impresa. tene quam complexus es gloriæ facultatem.

Non ti lasciar uscir di mano questa occasione. oblatam facultatem conplectere, ne sinas è manibus elabi.

In ogni occasione ti honorerò ò con glieffetti, ò con le parole. quæcunque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil pretermittam, quod positum sit aut in ipsa re, aut in honore uerborum.

Fornisci quel che hai cominciato. contexe extrema cum primis.

Ruppe l'esercito. hostes fudit.

Attendi à fornire affatto la guerra. in eam curam incumbe, ut ne qua scintilla belli relinquatur, ut belli extrema deleas.

